# THESAVRI SACRORVM RITVVM EPITOME,

Selecta quæque, notatu dignissima, ex intimis Rubricarum, & Animaduersionum, Bartholomei Gauanti, in Rubricas Missalis, & Breuiarij Romani medullis decerpta continens,

*Adiectis quibusdam Notulis ad pleniorem earundem intelligentiam.*

OPERA
P. CLAVDII ARNAVD,

Aquensis, Congregationis Oratorij Domini Nostri IESV CHRISTI Presbyteri.

VENETIIS, M.DC.LXVII.

Apud Combi, & La Noù.
*Superiorum Permissu.*

# AD BENIGNVM

## Lectorem.

INter per multos, qui de ſacris ritibus, ad ſacroſanctum Miſſæ ſacrificium celebrandum, & horas Canonicas debito modo perſoluendas, attinentibus, ſcripſerunt; nouiſſimus omnium Gauantus, rem hanc integrè pertractauit, quod hactenus nemo. Sed quia cuiuſq; ritus originē indicare voluit, & cauſas tum hiſtoricas, tum myſticas recenſere; id circò opus eius magnum volumen excreuit; quod vt occupatioribus viris parùm commodum, ſic & ſegnioribus nimis longum videbatur. Quocirca optarunt plurimi de Rep. Eccleſiaſtica optimè meriti, vt breuiori volumine (quoad fieri poſſet) ea omnia compræhenderentur ſummatim, quæ ſcitu digniſſima in toto Gauanti

opere continentur, & ea præsertim quæ videntur sufficere ad Communiorum Sacerdotum instructionem, & ad integram tum Missæ tum Horarum Canonicarum disciplinam perdiscendam. Negotium hoc, etsi per arduum, proprio motu aggressi, suadentibus magnæ pietatis, & authoritatis viris, queis non obtemperare non potuimus, prosecuti, tandem ad optatum finem Deo iuuante perduximus. Totius autem operis ordo is est, vt a Missa ordiamur, tanquam a nobiliori parte, deinde ad Horas Canonicas progrediamur, vna & eadem methodo, incipiendo a rubricis generalibus, deinde pertractando ritus: tum defectus; vltimo vero rubricas particulares tã per missalæ, quã per Breuiarium vndequaq; sparsas. Et ne eximij huius viri cuius lucubrationes Epitomandas suscepimus authoritatẽ paruipendas, te monitum volumus nihil Re-

li.

ligiosissimum virum exhibere, ad praxim regendum, quod non ex limpidissimis, fontibus hauserit, nempe vel ex antiquioribus libris Missalibus Vaticanis manuscriptis, vel ex decretis sacræ Rituum Romanæ Congregationis, vel ex regulis quæ datæ sunt ab ijs, qui Clementis, & Vrbani Octauorum authoritate, recognitioni Missalis, & Breuiarij præfuerunt. Quod ad nos attinet pauca adiecimus, ad pleniorem eorum quæ tractabamus intelligentiam; quæ notis consequentibus adhibitis distinguenda censuimus quæ verò scitu digniora inter alia animaduertimus, charactere Italico secernenda iudicauimus. Moneberis insuper quod *Sacra* Rituum Congregatio, annuente S. D. Nostro Vrbano, renouando decreta aliàs facta, mandat in omnibus, & per omnia, & ab omnibus seruari rubricas Missalis, & Breuiarij Romani, non obstante

quocumque pretextu, aut contraria consuetudine, quam abusum esse declarat. Videant igitur qui Romano vtuntur Missali, & Breuiario ne ex negligentia, vel inconsideratione obligationis contractæ, præscriptos in ijsdem Missali, & Breuiario Ritus, aut mutare, aut omittere, pro arbitrio præsumant. Id enim pugnat, & contra prædictum decretum, & contra Bullas Pij Quinti initio, Brediarij, & Missalis Romani positas quibus clarissimè declarat, nihil vnquam ijs addendum, detrahendum, aut aliquo modo immutandum. Te autem hortamur (Lector beneuole) vt si quid huic nostro operi mancum, aut multum animaduerteris, suppleas, meliora suppeditans; si quid absonum repereris, emendes; si quid verò gratum aut vtile, eo vtaris, & pro nobis precari non dedigneris.

OPVS

# OPVS HOC

integrum in duos Tractatus quadripartitos diuidimus, quorum prior Missalis leges; posterior verò Breuiarij Rubricas continet.

## *Tractatus primus.*

TRactatus primus in quatuor partes diuiditur. Prima pars, generales Missalis Rubricas complectitur 2. Ritum seruandum in celebratione Missæ 3 Defectibus circa Missam occurrentibus adhibet remedia 4. Rubricas proprias continet.

### *Pars Prima.*

PArs prima, generales Missalis rubricas primi ordinis, viginti titulis perstringit: Rubricæ autem generales complectuntur ea quæ generatim acciduna

missæ, & ea sex sunt. 1. Concordantia cum officio. 2. Discordantia ab eodem. 3. Commemoratio vt in eodem. 4. Ordo tum partium missæ, tum missarum inter se. 5. Varietas temporis, vocis, & situs corporis. 6. Apparatus Sacerdotum & altaris. De concordantia cum officio agitur in primis tribus titulis. Ad discordantiam, spectant tituli tres sequentes. De cõmemoratione, habes in titulo septimo. Ordo partiũ missæ patet ab 8. vsq; ad 13. missarũ verò inter se titulo 14. Varietas tẽporis, traditur titulo 15. Vocis, titulo 16. Situs corporis, titulo 17. Quæ attinent ad apparatũ tit. 18. 19. & 20. doceberis.

*De Duplici.* *Tit.* 1.

Missa quæ quotidie dicitur vel secundùm ordinẽ officij vel extra ordinẽ: secundũ ordinẽ, si conformiter cum officio, extra ordinem si missa sit votiua, vel pro defunctis; dicitur de duplici quãdocumq; officium est duplex.

*De*

*De semiduplici & simplici. Tit. 2.*

MIssa de semiduplici dicitur infra octauas, in Dominicis, & quandocumque officium est semiduplex. De simplici, quotiescumque officium est simplex.

*De feria & vigilia. Tit. 3.*

1 IN ferijs Quadr. iiij. temp. Rogat. & vigil. si duplex, vel semid. vel dies octaua festi habentis octauam occurrat; in Ecclesijs Cathedralibus & Collegiatis cantãtur duæ Missæ, vna de festo post Tertiam, alia de fer. post Nonam.

*Hæc rubrica nullo modo seruari debet in die infra octauam, quãdo fit officium de octaua: sed solùm in die octaua. Quod reperrimè in sacra Rituum Congr. fuit diligenter discussum & declaratum.*

2 In vigilijs (& ferijs quatuor tẽporum, vel feria 2. Rogationum ex noua Rubrica in recognitione Missalis) quæ veniunt infra octauas, missa dicitur de vigilia, vel ferijs prædictis; cum commemora-

tione octauæ, quando fit offic. de octaua; si verò fiat offic. de festo Missa dicitur de festo, cũ commemorat. oct. & vigiliæ, vel feriarum prędictarum nisi in casu sequenti.

3 *Si vigilia Sancti Ioannis Baptistæ, vel SS. Apostolorum Petri & Pauli venerit infra octauam Corporis Christi, Missa dici debet de octaua, cum commemoratione vigiliæ, & eo casu in cathedralibus & collegiatis cantantur duæ Missæ vna de octaua, post Tertiam, & alia de vigilia post Nonam, ex noua rubrica in recognitione Missalis.*

4 Missa vigiliæ in Aduentu occurrentis, dicitur cum commemoratione feriæ Aduentus, licet de ea non sit factum officium, vigilia Natiuitatis excepta. Quod si occurrat alicubi festum nouem lectionum in vigilia intra Aduentum; in Missa oratio de Aduentu dici debet ante orationem vigiliæ. Habes exemplum in festo san-

ſanctis Leonis 28 Iun. & conſtat clare ex rubrica Miſſalis de commemor. tit. 7. num. 3. vbi orat. 2 eſt ſemper de eo de quo fit officium.
5. Si in Quadrageſima, & quatuor temporibus occurrat vigilia dicatur Miſſa de feria, cum commemoratione vigiliæ.
6 *In Miſſa vigiliarum & feriarum maiorum, nunquam dicitur Gloria, neque Credo, & ſemper dicitur Præfatio communis, præterquam in Miſſis Litaniarum maiorum & minorum, quæ Paſchalem præfactionem habent, ſed ea quæ cum ſuo cantu dicitur in diebus ferialibus.*

*De Miſſis votiuis. Tit. 4.*

1 IN Aduentu, licèt officium non fiat de S. Maria in Sabbato, dicitur tamen Miſsa principalis de ea, cum commemoratione de Aduentu, niſi fuerint Quatuor tempora, vel vigilia.

*Hæc rubrica eſt intelligenda de Miſſa Conuentuali tantùm, &*

# AD BENIGNVM Lectorem.

INter per multos, qui de ſacris ritibus, ad ſacroſanctum Miſſæ ſacrificium celebrandum, & horas Canonicas debito modo perſoluendas, attinentibus, ſcripſerunt; nouiſſimus omnium Gauantus, rem hanc integrè pertractauit, quod hactenus nemo. Sed quia cuiuſq; ritus originē indicare voluit, & cauſas tum hiſtoricas, tum myſticas recenſere; id circò opus eius magnum volumen excreuit; quod vt occupatioribus viris parùm commodum, ſic & ſegnioribus nimis longum videbatur. Quocirca optarunt plurimi de Rep. Eccleſiaſtica optimè meriti, vt breuiori volumine (quoad fieri poſſet) ea omnia compræhenderentur ſummatim, quæ ſcitu digniſſima in toto Gauanti

opere continentur, & ea præſertim quæ videntur ſufficere ad Communiorum Sacerdotum inſtructionem, & ad integram tum Miſſæ tum Horarum Canonicarum diſciplinam perdiſcendam. Negotium hoc, etſi perarduum, proprio motu aggreſsi, ſuadentibus magnæ pietatis, & authoritatis viris, queis non obtemperare non potuimus, proſecuti, tandem ad optatum finem Deo iuuante perduximus. Totius autem operis ordo is eſt, vt a Miſſa ordiamur, tanquam a nobiliori parte, deinde ad Horas Canonicas progrediamur, vna & eadem methodo, incipiendo a rubricis generalibus, deinde pertractando ritus: tum defectus; vltimo vero rubricas particulares tã per miſſale, quã per Breuiarium vndequaq; ſparſas. Et ne eximij huius viri cuius lucubrationes Epitomandas ſuſcepimus authoritatẽ paruipenditum ves, te monitum volumus nihil Re-

ligiosissimum virum exhibere, ad praxim regendum, quod non ex limpidissimis, fontibus hauserit, nempe vel ex antiquioribus libris Missalibus Vaticanis manuscriptis, vel ex decretis sacræ Rituum Romanæ Congregationis, vel ex regulis quæ datæ sunt ab ijs, qui Clementis, & Vrbani Octauorum authoritate, recognitioni Missalis, & Breuiarij præfuerunt. Quod ad nos attinet pauca adiecimus, ad pleniorem eorum quæ tractabamus intelligentiam; quæ notis consequentibus adhibitis distinguenda censuimus quæ verò scitu digniora inter alia animaduertimus, charactere Italico secernenda iudicauimus. Moneberis insuper quod *Sacra* Rituum Congregatio, annuente S. D. Nostro Vrbano, renouando decreta aliàs facta, mandat in omnibus, & per omnia, & ab omnibus obseruari rubricas Missalis, & Breuiarij Romani, non obstante

quocumque pretextu, aut contraria consuetudine, quam abusum esse declarat. Videant igitur qui Romano vtuntur Missali, & Breuiario ne ex negligentia, vel inconsideratione obligationis contractæ, præscriptos in ijsdem Missali, & Breuiario Ritus, aut mutare, aut omittere, pro arbitrio præsumant. Id enim pugnat, & contra prædictum decretum, & contra Bullas Pij Quinti initio, Brediarij, & Missalis Romani positas quibus clarissimè declarat, nihil vnquam ijs addendum, detrahendum, aut aliquo modo immutandum. Te autem hortamur (Lector beneuole) vt si quid huic nostro operi mancum, aut multum animaduerteris, suppleas, meliora suppeditans; si quid absonum repereris, emendes; si quid verò gratum aut vtile, eo vtaris, & pro nobis p[illegible]ari non dedigneris.

OPVS

# OPVS HOC

integrum in duos Tractatus quadripartitos diuidimus, quorum prior Miſſalis leges; poſterior verò Breuiarij Rubricas continet.

## *Tractatus primus.*

TRactatus primus in quatuor partes diuiditur. Prima pars, generales Miſſalis Rubricas complectitur 2. Ritum ſeruandum in celebratione Miſſæ 3 Defectibus circa Miſſam occurrentibus adhibet remedia 4. Rubricas proprias continet.

### *Pars Prima.*

PArs prima, generales Miſſalis rubricas primi ordinis, viginti titulis perſtringit: Rubricæ autem generales complectuntur ea quæ generatim accidunt

missæ, & ea sex sunt. 1. Concordantia cum officio. 2. Discordantia ab eodem. 3. Commemoratio vt in eodem. 4. Ordo tum partium missæ, tum missarum inter se. 5. Varietas temporis, vocis, & situs corporis. 6. Apparatus Sacerdotum & altaris. De concordantia cum officio agitur in primis tribus titulis. Ad discordantiam, spectant tituli tres sequentes. De cōmemoratione, habes in titulo septimo. Ordo partiū missæ patet ab 8. vsq; ad 13. missarū verò inter se titulo 14. Varietas tēporis, traditur titulo 15. Vocis, titulo 16. Situs corporis, titulo 17. Quæ attinent ad apparatū tit. 18. 19. & 20. doceberis.

*De Duplici. Tit.* 1.

Missa quæ quotidie dicitur vel secundùm ordinē officij vel extra ordinē: secundū ordinē, si conformiter cum officio, extra ordinem si missa sit votiua, vel pro defunctis; dicitur de duplici quādocumq; officium est duplex.

De

*De semiduplici & simplici. Tit. 2.*

MIssa de semiduplici dicitur infra octauas, in Dominicis, & quandocumque officium est semiduplex. De simplici, quotiescumque officium est simplex.

*De feria & vigilia. Tit. 3.*

1 IN ferijs Quadr. iiij. temp. Rogat. & vigil. si duplex, vel semid. vel dies octaua festi habentis octauam occurrat; in Ecclesijs Cathedralibus & Collegiatis cantãtur duæ Missæ, vna de festo post Tertiam, alia de fer. post Nonam.

*Hæc rubrica nullo modo seruari debet in die infra octauam, quãdo fit officium de octaua: sed solùm in die octaua. Quod reperrimè in sacra Rituum Congr. fuit dilìgenter discussum & declaratum.*

2 In vigilijs (& ferijs quatuor tẽporum, vel feria 2. Rogationum ex noua Rubrica in recognitione Missalis) quæ veniunt infra octauas, missa dicitur de vigilia, vel ferijs prædictis, cum commemora-

tione octauæ, quando fit offic. de octaua; si verò fiat offic. de festo Missa dicitur de festo, cũ commemorat. oct. & vigiliæ, vel feriarum prędictarum nisi in casu sequenti.

3 *Si vigilia Sancti Ioannis Baptistæ, vel SS. Apostolorum Petri & Pauli venerit infra octauam Corporis Christi, Missa dici debet de octaua, cum commemoratione vigiliæ, & eo casu in cathedralibus & collegiatis cantantur duæ Missæ vna de octaua, post Tertiam, & alia de vigilia post Nonam, ex noua rubrica in recognitione Missalis.*

4 Missa vigiliæ in Aduentu occurrentis, dicitur cum commemoratione feriæ Aduentus, licet de ea non sit factum officium, vigilia Natiuitatis excepta. Quod si occurrat alicubi festum nouem lectionum in vigilia intra Aduentum; in Missa oratio de Aduentu dici debet ante orationem vigiliæ. Habes exemplum in festo

san-

ſanctis Leonis 28. Iun. & conſtat clare ex rubrica Miſſalis de commemor. tit. 7. num. 3. vbi orat. 2 eſt ſemper de eo de quo fit officium.

5. Si in Quadrageſima, & quatuor temporibus occurrat vigilia dicitur Miſſa de feria, cum commemoratione vigiliæ.

6 *In Miſſa vigiliarum & feriarum maiorum, nunquam dicitur Gloria, neque Credo, & ſemper dicitur Præfatio communis, præterquam in Miſſis Litaniarum maiorum & minorum, quæ Paſchalem præfactionem habent, ſed ea quæ cum ſuo cantu dicitur in diebus ferialibus.*

*De Miſſis votiuis. Tit. 4.*

1 IN Aduentu, licèt officium non fiat de S. Maria in Sabbato, dicitur tamen Miſsa principalis de ea, cum commemoratione de Aduentu, niſi fuerint Quatuor tempora, vel vigilia.

*Hæc rubrica eſt intelligenda de Miſſa Conuentuali tantùm, &*

*non de priuatis Missis, quæ non præscribuntur vi rubricæ, licèt non excludantur, quia missæ votiuæ priuatæ, dici possunt quocumque die officium non est duplex aut Dominica.*

2 Quando officium fit de feria minori & non est vigilia, nec est resumenda Missa Dominicæ præcedentis impeditæ dici potest pro missa Conuentuali, aliqua ex missis votiuis, secũdùm ordinem dierum assignatum in fine Missalis, cum commemoratione feriæ, sed non votiua quæcumq; ad libitum.

*Circa quod nota quòd sacra Rituum Congreg. die 25. Iunij 1611. & die 28. Ianuarij 1612. decreuit teneri Canonicos ad cantandam Missam conuentualem de die, vt lucrentur distributiones. Quod intellige salua superiori rubrica de votiuis assignatis: singulis diebus in fine Missalis, in feriali officio, & quotiescumque ex vi rubricarum præscribitur, vel conce-*

*di-*

*ditur Missa conuentualis discordans ab officio, siue pro defunctis siue alia quacumq; quia tunc talis Missa censetur missa de die.*

3 Missæ votiuæ pro re graui cantari possunt in festis non maioribus, sed non sunt vllo modo admittendæ in festis primæ classis.

4 Priuatę missę poterunt dici votiuę quęcũq; in diebus nõ duplicibus (*neq; dominicis ex nona rubr. in recognitione Missalis*) non seruato dicto ordine dierum assignato in fine Missalis, arbitrio rationabili celebrantis.

*Circa quod duo nota. Primum quod prohibentur Missæ votiuæ in his dieb. in quibus prohibetur fieri de festo duplici, nempè infrà oct. Epiph. Paschatis, Pentec. in feria 4 cin. in hebdom. maiori in vigilijs Natiuit. Domini, & Pentecost. Quod decreuit Sacr. Rituum Congreg. die 28. Augusti 1627. Secundum, quod exceptio votiuarum in Dominicis, intelligenda est de die*

*do*

*dominico tantùm qui colitur à populo, & non de officio Dominicæ.* (Vnde sequitur quòd si in die feriali fiat officium de dominica puta anticipata post Epiphaniam, seu post Pentecosten, seu infra oct. Natiuitatis Domini Missæ votiuæ eo casu non prohibentur.

5 Missæ de Spiritu S. de B. Maria, & pro defunctis, quę præscribũtur Presbyteris, in eorum ordinatione dicẽdæ, post celebrationem primæ eorũ Missę, sequentur regulas aliarum votiuarum, & idcircò dici nõ possunt in diebus quibus prohibentur alię votiuæ, idest in dominicis, & duplicibus, & quando prohibetur fieri de festo duplici.

(Hinc sequitur quòd non licet dicere Gloria, & Credo tã in Missa de Spiritu Sancto quam in Missa de Beata Maria, nisi hęc dicatur in Sabbato, & Missa pro defuncti debet esse quotidiana cum tribus orationibus consuetis)

6 *Infra octau. B. Virg. non conue-*

*nit*

nit dicere votiuam de eadem. Sed si fiat officium de oct. dicatur missa festiua conueniens officio cum Gloria & Credo: si verò fiat officium de S. dicatur Missa festiua de B. Maria, sed non ritu festiuo, vt sine Gloria, & Credo.

(Hoc idem seruandum infra oct. SS. si enim infra octa. S. Ioannis in die S. Leonis petat quis Missam de S. Ioanne Baptista dici debet ritu votiuo sine Gloria & sic de alijs.)

☞ *Hinc sequitur quòd si infra octauarum Pentecostes dicenda sit missa votiua solemnis pro re graui, & dicatur de Spiritu Sancto, dicenda est ea quæ competit diei occurrenti, & non alia.*

*De Missis defunctorum. Tit. 5.*

1 PRima die mensis non impedita officio duplici, vel semiduplici, extra Aduentum Quadragesimam, & tempus Paschale, dicitur Missa Conuentualis generaliter pro defunctis quotidiana: si verò in ea fuerit festũ simplex, vel feria

feria quæ propriam habeat Missã, aut resumenda sit missa Dominicæ præcedentis impeditæ, quæ non possit resumi alio die infra hebdomadam, in Ecclesijs Cathedralibus & Collegiatis, dicantur duæ missę, vna pro defunctis, alia de festo simplici, vel feria prædicta. At in Ecclesijs non Cathedralibus nec Collegiatis dicatur missa de die, cum oratione fidelium.

2 Feria 2. cuiusq; hebdomadę, in qua officium fit de feria missa principalis dici potest pro defunctis; si autem fuerit propria missa de feria, vel de festo simplici, vel resumenda sit missa dominicæ præcedentis vt suprà, in missa de die dicatur 2. oratio fidelium. Excipitur quadragesima tempus Paschale & quando per annum officium est duplex, vel semiduplex, quibus temporibus non dicitur Conuentualis missa pro defunctis, neque pro eis fit commemoratio.

*Hæc rubrica & superior intelligenda*

*gēda est de missa cōuētuali & nullo modo de priuatis: siue præscribatur Missa, siue solū cōmemoratio.*

3 Missæ priuatæ pro defunctis quocumq; die dici possunt, quandocumq; possunt dici Missę votiuæ, vt supra tit.4. num.4.

4 In dominicis, & festis, missā defunctorū in sepulto (hoc est) præsente corpore in Ecclesia, concedit Sacra Rituum Cong. 23. Maij 1603. *Sed hoc intellige, de solemni missa, non autem de priuatis, quæ etiam præsente corpore dici nō possunt in dominicis neq; in duplicib.*

5 Si contingat anniuersariā diē, vel tertiā, vel septimam, vel trigesimam, in festo celebrari in sequentem diem poterit transferri, vt annuit sæpius Sacra Rit. Congr. 27. Sept. 1608. & 19. Maij 1614.

6 Sac. Rituum Cong. tolerari posse cēsuit, Missas de Requiem, in duplici festo, quod non est de præcepto, vt testatorū volūtates impleātur. 1. Sep. 1607. & 20. Iunij 1626.

Non

Non ait ad arbitrium viuorum (quod benè nota) sed pro implenda lege defunctorum.

*Dixi quod non est de præcepto, quia etiam in festo de præcepto, si cadat in diem assignatum pro altari priuilegiato, puta feriam 2. extra quam priuilegium altaris pro defunctis est nullum, non potest adhuc dici Missa de Requiem, vt decreuit S.R.C. 24. Apr. 1627.*

7 Quandocumque solemniter pro defunctis celebratur, dicitur vna tantùm oratio.

8 Oratio *Fidelium*, est sēper vltimā, vbi plures dicuntur orationes.

9 *Non sunt nominandi aliis dies preterquàm Tertius, Septimus, & trigesimus in Missis defunctorum: Et omnis consuetudo in contrarium est abolenda.*

10 Triginta missæ quæ vocant Sancti Gregorij licitè dici possunt. Ita decreuit Sacr. Rit. Congr. 28. Oct 1628. *Sed tria notanda sunt. Quòd primò non est necesse vt idem*

*per*

*per mensem celebrat diebus triginta, sed sufficit si offeratur hostia per mensem, siue ab vno, siue à pluribus 2. Sufficit offerri sacrificium, non autem omnes missæ dicendæ sunt ritu proprio pro defunctis 3. continuis diebus fieri debent, remota superstitione. Neque discontinuantur ob triduum maioris hebdomadæ quo ex probato Ecclesiæ vsu, non debet celebrari.*

11 Sequentia pro defuncti dicitur quandocumque dicitur vna tantùm oratio missa.

*De Traslatione festorum. Tit. 6.*

IN Ecclesijs, vbi titulus est Ecclesiæ, vel concursus populi, ad celebrandum festum quod transferri debet, possunt cantati duæ missæ, vna de die alia de festo. Exceptis (ex noua rubrica in recog. Missal.) Dominica j. Aduent. fer. 4. Cinerum, Dominica 1. Quadrag. Dominica Palmar. cum tota hebd. maiori, Dominica Resurrectionis & Domin. Pent. cum duobus diebus

bus sequentibus, die Nat. Domini, Epiphaniæ, Ascensionis, & festo Corporis Christi; *Circa quod nota, quod si festum translatum admittat in missa symbolum poterit etiam illud dici in hac missa, secus non nisi, venerit in Dominica.* At in fine prædictarum Missarum Euangelium dicitur S. Ioannis, non feriæ, vel festi occurrentis.

*De commemorationibus. Tit. 7.*

1 IN Missa solemni, festorum secundæ classis, non fit commemoratio festi simplicis occurrentis, licèt facta sit in officio, sed tantùm in Missis priuatis.

2 In Dominica Palmarum, & vigilia Pentecostes, nulla fit commemoratio in missis tam priuatis, quàm solemnibus, licèt facta fuerit in officio commemoratio festi simplicis occurrentis.

3 De feria maiori, aut vigilia, fit semper commemoratio, quando missa dicenda est de festo illis tẽporibus occurrente. Sed in Eccle-

sijs

fijs Cathedralibus, & Collegiatis, in ferijs prædictis, & vigilijs dicuntur duæ Missæ, vna de festo, alia de feria, aut vigilia, absque vlla vtrorumque commemoratione. At in festis primæ classis nihil fit de vigilia occurrente.

4 *Missa vigilia censetur propria vigilia, licèt sumatur de Communi, & ideo non omittenda in Cathedralibus & Colleg. Nota quòd quando præscribuntur duæ Missæ cantandæ, vna de festo, alia de feria si in officio facta fuerit quædam commemoratio de simplici, aut de die infra octauam, fiet etiam in missa de festo, sed non in Missa de feria: Si vero facienda sit commemoratio feriæ, aut vigiliæ, fiet in Missa de feria, & non in Missa de sancto.*

5 Quando fit commemoratio de ferie Quatuor temporum, pro feriæ Commemoratione, dicitur prima oratio, quæ concordat cum officio.

6 In

6 In faciendis commemorationibus magna est difficultas; sed facile erit, eas in ordinem debitum redigere, si orationes omnes quæ dici possunt in Missa in tres classes diuidemus. Prima erit orationem officij. 2. ordinariarum. 2. extra ordinariarum. Orat. officij, sunt illæ quæ dictæ fuerunt in officio, & hæ primum locum occupant. 2. sunt illæ quæ notantur. 2. vel tertio loco dicendæ, & hæ cedunt tantùm orationibus officij 3. sunt illæ quæ assumuntur ad libitum sacerdotis, vel pro deuotione petentium, & hæ credunt omnibus alijs V.G. *Si* officium semiduplici, fiat commemor. de simplici, in Missa, 2. oratio erit de simplici, tertia, quæ secundo loco dicenda erat: sed si velis dicere orationem de aliquo Sancto, 2. oratio erit quæ secundo loco dicenda erat, putà. A cunctis, vel alia similis, & tertia (si sit ad libitum) poterit esse de sancto pro deuotione, & sic de alijs. In votiuis autem ser-

feruetur dignitas orationem; vt de S.Trin.de Spiritu S.de Sacramento, de Sancta Cruce,ante votiuam de S. Maria, & de Angelis, & S. Ioanne Bapt. (ex noua rubrica in rec.Miss.) ante Apostolos.

7 Quandoque prima & 2. oratio sub vna conclusione dicuntur, vt vnica videatur oratio in Missa celebri; Quod accidit in collatione ordinum,consecratione Episcoporum, Virginum, Ecclesiarum, & Altarium, benedictione Abbatum & Abbatissarum, cæmeterij benedictione, & consecratione Regum, & Reginarum. At orationes pro gratiarum actione, quæ habentur post Missam de Trinitate, non sunt recitandæ sub eadem conclusione cum prima.

8 Cùm dicuntur plures orationes,vt vna oratio,eadem est cũ alia ibidem dicenda;oratio huiusmodi (illa scilicet quæ eadem est, non alia) commutetur cum alia de communi,vel proprio, quæ sit diuersa.

Et eo casu prima manet altera mutatur. Sed mutatio de dominica, aut de feria, aut de ijs quæ sunt ad libitum fiet in proximè sequentem V.G. Si fiat officiũ de S. Martino Episc. in dominica 22. post Pentecostē, orationes secretæ sunt eædē; sed tunc secreta dominicę vigesimę secūdæ mutabitur in secretam Dominicæ 23. & sic de alijs.

Dixi illa quæ eadē est, non alia mutetur, quia si prima oratio sit eadem, & secreta diuersa, nulla est ratio mutandi secretam: idem dicēdum est de post Communione

## *De Introitu, Kyrie eleison, & Gloria in excelsis. Tit. 8.*

QVotiescumque est solemnitas aliqualis, vel ratione temporis, puta quia sabbatum dicatũ B. Virgini; (*Nota quod semper dicitur Gloria in excelsis in missis B. Mariæ quæ dicuntur in die sabbati, licet nōn sit factũ de ea officiũ non verò aliis diebus, quando non est factum de ea officium*) vel quia

eo

eo die dicitur obiit Sanctus de quo missa, quasi in eius festo, licet non sit factum de eo officium; vel ratione causæ grauis & publicæ, conceditur missis votiuis hymnus Angelicus. Res autem grauis est, ea pro qua conuenit totus Clerus cum Episcopo. Si tamen paramenta adhibeantur violacea, tunc non dicitur Gloria neq; Credo, & Sacra. Rituum Congregatio vtrunq; declarauit 19 Maij. 1607. *Nisi in dominica dicatur missa votiua solemnis, quia tunc dicitur Credo etiamsi adhibeantur paramenta violacea.*

*De orationibus Tit. 9.*

1 In festis duplicibus, dicitur vna tantum oratio, nisi facienda sit aliqua commemoratio quæ facta sit in officio.

2 In festis semiduplicibus non dicuntur orationes plures tribus, nisi ratione commemorationum quæ factæ fuerunt in officio.

3 (Quotiescunque suffragia

consueta Sanctorum dicuntur in officio, in missa 2. oratio *A cunctis*. 3. ad libitum. Excipue tempus à Natiuit. Domini ad Purificationem in quo 2. oratio, *Deus qui salutis*. 3. Ecclesiæ, vel pro Papa, & à feria 4. cinerum, vsq; ad Dominicam Passionis exclusiuè, quo tempore, 2. oratio est de feria 3. A cunctis in semiduplicibus; at in Missis de tempore 2. orat. A cunctis, 3. pro viuis & defunctis. Reliquis temporibus (excepto tempore à Dominica passionis ad Dominicam palmarum exclusiuè, in quo in Missis de tempore 2. orat. *Ecclesiæ*, vel pro Papa, 3. non dicitur, & in semiduplicibus 2. orat. de feria, 3. *Ecclesiæ*, vel pro Papa) 2. orat. est semper de B. Maria pro temporis diuersitate, 3. *Ecclesiæ*, vel pro Papa: Si excipias octauas B. Mariæ, & vigiliam, & octauam omnium Sanctorum, quibus diebus, 2. orat. de Spiritus Sancto, 3. *Ecolesiæ*, vel pro Papa. Quod idem seruatur in

missis

missis Sanctæ Mariæ in sabbato quando de ea est factum officium. Sed in votiuis de B. Maria 2. est de eo quo factum, est officium, 3. *Deus qui corda*, & in Missis votiuis de Sancti Apost. Petro & Paulo, quando 2. or. est, A cunctis, eius loco dicitur *Concede*.

4 Si cantandæ sint duæ Missæ, à Dominica Passionis ad Dominicam Palmarum, de festo, & de feria; in festo semiduplici 2. orat. erit *Ecclesiæ*, vel pro Papa neque dicetur 3. tam in Missa de festo. quàm in Missa de feria.

5 Si tempore Passionis aut intra octauas Paschæ & Pentecostes occurrat commemoratio de festo simplici; in Missa non dicitur 3. orat. Quod intellige de Missis de tempore, aut de octauis.

6 In Dominicis infra octauas, dicuntur tantum duæ orationes.

*Accidit in Dominica priuilegiata, fieri tantùm commemorationem de die octaua, & tunc Missa, 2.*

*orat. est de octaua 3. non dicitur.*

7 In festis simplicibus, & ferijs per annum dicuntur tres, aut quinque, aut septem, aut plures, dummodò impares. *Sed nota, quòd etiam si liceat plures dicere ad libitum, hoc non est intelligendum eo sensu vt quascumque velis dicas, sed eas priùs quæ in rubricis assignantur pro 2. vel 3. & tunc supra illas, quæ tibi magis placent addere poteris, cum debito ordine & numero. Verum non licet relinquere eas quæ notantur 2. vel 3. loco dicendæ, & alias in earum locum sufficere.*

8 In Missis quæ solemniter dicuntur pro re graui (excepta Missa solemni pro gratiarũ actione quæ duas orat. admittit) dicitur vna tantùm oratio.

*In Missis votiuis priuatis pro gratiarum actione, oratio pro gratiarum actione, tertio loco dicitur.*

9 Si Superior decernat quotidie dicendam orationem, V. G. *Deus refu-*

*refugium*; tunc vel additur vti cō-memoratio in duplicibus, semid. & Dominicis; vel dicitur 3. loco ad libitum. Ita decreuit Sac. Rit. Cong. 28. Aug. 1627. At in festis 1. classis omittitur, imò etiam in festis 2. classis, saltem in Missa solemni. *Sed obseruandum est quòd propter hanc orationem non licet omittere eas quæ in Missali sigillatim assignantur. Vnde fit vt in Dominicis, & semiduplicib. quando designantur in species 2 & 3. loco dicendæ, tunc dicentur 4. orationes; & in simplicibus, & ferijs quinq; & seq. Hæc regula seruanda est in Missis quæ dicuntur ratione Confraternitatum.*

10 In Missa de Sancto, qui Titulus est altaris, de quo non recitatur officium, sed Missa tātū, ad eiusdē Altare in die festo illius, dicuntur tres orat. 1. de eo de quo factū est officium, 3. quæ aliàs 2. loco dicē-da erat. *Huic Missæ hymnus Angelicus conuenit, sed non symbolum.*

11 Quando non dicitur, *Dominus vobiscum* ante orationem, tunc conclusio abreuiatur V. G. per Christum Dominum nostrum, vel, Qui viuis & regnas.

*De Epistola, Graduali, Alleluia, Tractu, ac Euangelio Tit.* 10.

1 IN Missis de ferij, in Aduentu, omittitur, *Alleluia*; cum suo versu sed non in votiuis, quæ dicuntur eo tempore.

2 Tractus non dicitur in feriali officio, à Septuagesima vsque ad Quad. quando repetitur Missa Dominicæ, sed dicitur in votiuis, quæ dicuntur eo tempore.

*De Symbolo. Tit.* 11.

1 SYmbolum dicitur quoties proprijs loci notantur, &ettereà singulis diebus dom. & inf. oct. sanctorum, in quorum festo dicitur Symbolum.

In translatione Sanctorum, non dicitur Symbolum, nisi officium sit duplex, quod translationi tantùm principalis Patroni

con-

concedit Sacr.Rit.Cong.

2 Conceditur ſymbolum, in eo loco, vbi eſt inſignis reliquia.

*Inſignis reliquia eſt, caput, brachium, crux, quibus Sac. Rit. cong. 8. Apr. 1628. addit partem illam in qua paſſus eſt Martyri, modo ſit integra, & non parua. Sed hoc intellige de reliquijs approbatis. Quod declarauit eodem Sac. Rit. Cong. 3. Iunij 1617.*

3 Solus concurſus pupuli, non facit vt legitimè dicatur *Credo*.

## *De Offertorio, Secretis, Prefationibus, & Canone. Tit. 12.*

I Secretis terminatur prima, & vltima oratio, vſque ad finem, vt in primis orationibus. *Et reuerà verba illa (orationes dicuntur ſecreto vſque ad illa verba in concluſione,* Per omnia ſæcula ſæculorum) *non impediunt quo minus* 1. *orat. ſecreta (cum pleros, dicuntur) terminetur integrè & ſecretè, vſque ad finem*. In quo non pauci errant.

2 *In Missis de feri a priuilegiata puta quatuor temp. infra octauas quæ habent Præfationes proprias , non dicitur alia præfatio quàm Communis, imo & in vigiliÿ ita decreuit Sac. Rit. Congreg. 12. Decembris 1626. Excipe Missam Litaniarum maiorum et minorum in qua semper dicitur præfatio Paschalis, in tono feriali .*

3 Si infra octauam festi habentis præfationem propriam occurra t festum ex maioribus , non habens præfationem propriam , dicitur præfatio propria octauæ , licet de ea nulla fiat commemoratio .

4 Quando Missa votiua prore graui celebratur ,dicitur, Præfatio in tono solemni .

5 Infra Octauam Natiuitatis Domini, votiuæ Missæ non habent aliam præfationem, quam de Natiuitate .

6 *Datur casus quo separari debeat Communicantes a sua præfatione.*

*tione. Nam infra octauam Ascensionis, si occurret festum SS. Philippi & Iacobi, præfatio erit de Ap. Communicantes, de Ascensione licet in Missa nulla fiat commemoratio de octaua. Idem accidit in Missis votiuis, quæ dicuntur infra eandem octauam, & habent præfationem propriam. Ita decreuit Sacr. Rit. Cong. 28. Augus. 1627.*

### *De Communione, Orationibus post Communionem, Ite Missa est, vel Benedicamus Domino, Benedictione, & Euang. S. Ioannis. Tit. 13.*

1 EVangelium S. Ioannis, semper legitur in fine Missæ, nisi quando fit de festo; in aliqua Dominica, vel feria, quæ habet Euangelium proprium quod legitur eius loco. *Euangelium autem respondens officio vel nobiliori loco legendum, vel omninò omittendum. Idcircò in votiuis semper dicitur Euangelium S. Ioannis.*

2 In Dominica Palmarum in Missis priuatis, legitur Euangelium quod ponitur in benedictione Palmarum, loco Euangelij S. Ioan.

3 In tertia Missa Natiuitatis Domini, legitur in fine Euangelium Epiphaniæ.

4 Quando dicuntur duæ Missæ, de festo, & de feria, absque vlla vtrorumque commemoratione, legitur Euangelium S. Ioannis in fine vtriusque.

*De ordinanda Missa ex supra dictis. Tit. 14.*

1 MAior difficultas est in ordinandis Missis votiuis quæ petuntur infra octauas, de eo sancto cuius est octaua. Sed habes superiùs rubricam propriam. Tit. 4. num. 6.

*De hora celebrandi Missam. Tit. 15.*

1 LIcet celebrare hora cum dimidia ante solis ortum ex causa.

2 Pri-

2 Priuilegiati vt hora ante vel post. celebrare queant, possunt hora, ante, vel post, statam horam à Summistis concessam, celebrare.

*Vbi non est aurora physicè attendatur moraliter, & politicè, quando scilicet ibi terminari solet hominum quies, & inchoari labor iuxta probatam locorum consuetudinem.*

3 Missa Parochialis sine cantu, est priuata, non Conuentualis.

4 Si propter terræ frigiditatem, populus veniat tardius ad Ecclesiam, pro Missa solemni præstat differri tempus recitandi horam Tertiam, quàm cantare Missam de festo, seu de Dominica post Sextam. Ita decreuit Sacr. Rit. Cong.

*De ijs, quæ clara voce, aut secretò, dicenda sunt.*

*Tit.* 16.

1 CAueat sacerdos, ne alta voce dicat *Memento Domi-*

*ne famulorum*, aut, *& omnium circumstantium*, aut, *Memento etiam Domine*, aut, *Omnis honor, & gloria, &c.* Et verba consecrationis.

2 Orationes ante Epistolam, in Missa solemni dicuntur alta voce a celebrante, & alia expressa in rubrica Missalis tit. 16. num. 1. sed reliqua quæ non notantur alta voce dicenda, etsi dicantur alta voce in Missa priuata, tamen in Missa solemni dicuntur submissa voce.

*De ordine genuflectendi, sedendi, & standi in Missa priuata & solemni.*

*Tit.* 17.

1 SVnt quædam ad quæ genuflectendum notatur nu. 1. 2. & 3. huius tituli in rubrica Missalis, ad quæ celebrans in Missa conuentuali bis genuflectit. nempe cùm priuatim legit: & iterum cum publicè dicuntur: Sicuti fit ad illa verba, *Et Incarnatus est*, in Symbolo priuato, & pu-

publico, si non sedet celebrans.

2 In Missis priuatis, genuflectendum est tantùm vnico genu & solum ad prima verba versum; in Missa vero solemni genuflectendum est vtroque genu, vsque ad finem dum cantantur a choro.

3 Si non sedet celebrans cum cantatur in choro. *Et incarnatus est*. genuflectit in superiori altaris gradu: si vero sedet caput apertum tantum profunde inclinat, sed licet sedeat in die Annunciat. Beatæ Mariæ, & in tribus Missis Nat. Domini, debet discedere a sede, vt genuflectat in superiori altaris gradu.

4 Subdiaconus tenens librum ad Euangelium, se gerit ac si esset marmoreum legile, & Acolythi, ac si essent marmorea candelabra. Reliqui vero (excepto Diacono qui genuflectit versus librum, quando est genuflectendum) dum legitur Euangelium genuflectunt versus altare.

5 Canonici, & omnes his inferiores debent genuflectere (quando non sunt pelati) ad confessionem, cum suo psalmo Abbates non genuflectunt. Cantores autem, si tunc cantent *Introitum* ad lectorile, non genuflectunt.

6 In Missie feriarum Aduentus, Quadragesimæ, Quatuor temporum, & vigiliarum, quæ ieiunantur, & in missis defunct. genuflectendum est ad orationes, & dicto a celebrante *Sanctus*, vsq; ad *Pax Domini*, exclusiuè, quia ad illa verba surgendum est. Excipe ab his diebus (vigilias Pasche Pentecostes, Natiuitatis, Domini, & quatuor tempo. Pentecostes) *ex noua rubrica in recog. Miss.* in quibus non est genuflectendum.

7 Alijs diebus genuflectendum est, initio sacri canonis; vsque ad depositionem calicis inclusiuè. Sed post depositionem calicis stant omnes versus, altare in locis suis.

8 Subdiaconus tenens patenam,

nam, non genufleẞtit toties quoties celebrans.

9 Alij de clero à conſecratione vſque ad communionem duo genua flectere debent, cum tranſeunt ante altare, & item quando patet Sacramentum in altari: duobus quoque genibus genuflectendum eſt ad *flectamus genua*, & quoties cùm aliqua morula preſcribitur genuflexio.

10 In Miſſa ſolemni celebrans medius inter Diaconum, & Subdiaconum, ſedere poteſt a cornu Epiſtolæ dum cantatur *Kirie eleiſon*, *Gloria*, *Epiſtola*, & *Graduale*, & *Credo*, Dixit dum cantatur. *Epiſtola*, & *Graduale*, quia id non eſt expreſsè in rubricis ſed conceditur ex decreto Sacræ Rituum Congreg. ſi datur tempus.

*In choro non ſedent qui actu cantant ex noua rub. in rec. Miſſ.*

11 Quando Acolythi ſedent, vnà cùm celebrante ſedent ſuper

al-

altaris gradu in cornu Epistolæ facie versa ad celebrantem, non ad populum.

12 Dum oblata incensantur, qui sunt in choro sedent adhuc,

13 Facta communione celebrantis, & aliorum, sedetur.

14 Clerus stat ad *Introitum*, *adorationes* (exceptis diebus ieiuniorum, & Missis defunctorum) *ad Euangelium ad Præfationem*. Item deposito calice (& in diebus ieiuniorum & Missis defunctorum ad *Pax Domini*) & *ad orationes* post comm. & ad alia vsque ad finem Missæ. Laici easdem regulas seruare possunt.

*De coloribus paramentor.* *Tit.* 18.

IN festo sacrorum stigmat. S. Franc. adhibetur color albus ex decr. S. Rit. Cong. 9. Decemb. 1623.

2 *Regula in mutandis coloribus ea est, vt mutatio fiat in primis vesp. festi. Si autem vesp. non sint integræ, is color adhibendus est initio vesperarum, qui congruit illi de quo*

*quo dicitur Cap. Si offic. & Missa discordant, color altaris sequatur officium vestium autem sacerdotis sit color Missæ conformis quæ diuersitas accidit in feria iij. Rogat. & in vigilijs infra Octauas pro Missa vero solemni cõuenit vt Palium altaris concordet cum colore paramentorum Missæ.*

*De qualitate parament. Tit. 19.*

1 PLuuiali vtitur celebrans in processionibus: Nota quod in processionibus crux præferri debet à Regularibus cum velo pendente, seu pallio ex decreto Sac. Rit. Cong. Ianu. 1617 & a sæcularibus sine velo. *& imago Christi terga delet vertere clero sequenti, quasi Christus præire videatur: nisi sit Archiepis. vel Paplis in qua imago crucifixi respicic Archiepisc. vel Papam siue mediate siue immediate præcedat V. G. etiamsi Canonici præcedant Archiepiscopum post eius crucem.*

c3 Qui Almutij vtuntur, debent

eas

eas deponere cum pluuiale indunt nec debent eas deferre cum casula aut cum Pluuiali, nec item ponere super Altare.

4 Vbi pluuiale haberi non potest celebrans vtitur stola sola, deposito Manipulo (si iam habeat) tam in processionibus, quam in benedictionibus, quæ fiunt in altari *Sed illud notandum est (in quo multi errant) quod stola semper in modum crucis ante pectus gestari debet, cingulo de more coniuncta, & vtrinque regalata siue in Missa, siue extra Missam, siue in altari, siue extra altare, siue cum pluuialis, siue absq. eo, dummodo adhibeatur super albam: Quod si adhibeatur cum super pelliceo soluta pendebit à collo hinc inde; quia ligari in modum crucis non potest.*

5 Nullus est Manipuli vsus extra Missam, tam pro Ministris, quam pro celebrante, & idcircò quoties celebrans deponit manipu-

pulum. deponunt etiam Ministri.

Cùm Diaconus induit stolam, osculetur crucem, quæ est in medio eius.

7. Diaconus, & Subdiaconus non vtuntur Dalmaticis in diebus ieiuniorum (præterquam in vigilijs SS.) & in Dominicis, & ferijs aduentus, & Quadragesimæ, ac in vig. Pentec. ante Missam (exceptis Dominicis *Gaudete*, & *Letare*, etiamsi eorum Missa resumatur infra hebd.) Vigilia Natiuit. Domini sabbato sancto in benedictione cerei, & in Missa & 4. temp. Pent. Item in benedictione cinerum, cereorum, & palmarum.

*De præparatione altaris. Tit. 20*

8 NOn potest Episcopus deputare Oratoria in domo priuata, vt ibi fiat missa nisi ad diuinum tantùm cultum dedicentur ex Concilio Tridentino session. 22. de obseruat. & euitan in sacrificio missæ. Non tamen intelligitur domus priuata palatium

tium Episcopi in eo enim capella deputari potest pro missa celebranda; posset tamen in casu necessitatis, vt ait Suarez disp. 81. sec. 3. Quod si violetur locus, non potest ibi celebrare sine peccato.

2. Ara lapidea debet esse ab Episcopo consecrata cum chrismate & reliquiis sanctorum ab Ecclesia approbatorum. Quæ duo sunt de substantia consecrationis ex Azorio lib. 10. c. 27. Sed Suarez tenet opositam sententiam quoad reliquias disp. 81. sect. 5. vbi ait, ex vsu constare reliquias non esse de essentia consecrationis (licet (solim fuerit fortasse hec de re præceptum quia cessauit iam præceptum cessante ratione & occasione eius, quæ fuit ad resistēdum hæreticis honorem debitum reliquijs Sanctorum oppugnantibus. Quod patet ex vsu receptissimo.)

Debet hæc Ara esse vel inclusa, vel super posita tabulæ ligneæ, vel alterius materiæ ad maiorem

cantelam, sed tamen emineat aliquãtulũ necesse est, vt eius limites à sacerdote facile dignosci possint.

Vbi habes in rubrica (tam ampla sit ara vt hostiam, & maiorem partem calicis accipiat) hoc intellige tempore consecrationis hostiæ, & calicis, quæ vtraque fieri debet in ara, & non extra.

4 Tribus mappis lineis benedictis vestiendum est altare, nisi necessitas aliud suadeat: duplicatam vnam concedit rubrica, vt sint tres saltem æquiualentes, non ergo duæ simplices tuta conscientia sufficiunt.

5 Nullæ coronides ligneæ circa altaris angulos ducantur quod vetiatur in cærem. Ep. 1. lib. cap. 12.

6. Conuenit vt pallium altaris, habeat in medio sui crucem, ex Fortunato lib. 2. Epist. 3.

7 Crux cum imagine crucifixi semper collocari debet in medio altaris, nisi quando expositum est sacramentum. *Hac*

*rubrica absque vlla alia limitatione est intelligenda, siue celebretur in altari cuius icon seu tabula picta, aut statua est ipsamet Christi crucifixi imago; siue etiam celebretur in altari in quo continuè in tabernaculo immobili sanctissimum asseruatur Sacramentum. Illud quoque notandum est, quod crux ita locari debet, vt pes eius æques altitudinem candelabrorum, & crux ipsa tota, candelabris super emineat si commodè fieri potest.*

8 Rubrica prescribit duo candelabra cum candelis accensis. Sufficere vnicum lumen in necessitate, concedit Azorius, l.10.c. 28.q.5. imò sebaceã ex seuo, quod vltimum negat Suar. dis. 81. sec. 6.

6. In Missis priuatis nisi aliud exigat ratio festi, non conuenit accendere quatuor candelas in altari, ne quidem Vicarij Generalibus, licet sint Protonotarij, sicut nec eisdem ministrari a duobus

Ca-

Capelanis. Ita decreuit sacra Rituum Congreg. 7. Augusti 1627.

10 *Præscribitur item tabella secretarum, cussinus supponendus Missali, cereus accendendus ad eleuationem sacramenti, & campanula pulsanda. Sed hac rubrica etsi clarissima tamen negligitur à plerisque.*

11 Ampulle debent esse vitreæ, non argentæ, nec contingat error in calice, ob densiorem materiam, qua difficilè vinum cognoscitur ab aqua.

12 Manumtergium non debet poni super altare, sed in fenestella, aut parua Mensa, cum peluicula, & ampulis.

13 Super altare nihil omnino ponatur quod ad Missæ sacrificiũ vel altaris ornatum non pertineat. Non igitur birretum sacerdotis, siue in principio, siue in finem Missę: neque sudariolum ad emungendas nares, quod a cingulo pendes ad dextram potari debet,

bent; Neque almucia celebrantis Canonici, aut Beneficiati.

14 In altari vbi celebrauit Episcopus proprius in sua Diæcesi, nullus celebrare debet sine eiusdem licentia, quæ tacita sufficit in necessitate. Idem seruari debet respectu Legati a latere, intra fines suæ Legationis.

15 In altari priuati oratorij cui conceditur ex priuilegio apostolico celebratio missæ, exceptis solemnioriobus festis, non potest in eis celebrari in Natali Domini, Epiphania, Paschate, Pentecoste, Annunciatione, Assumptione B. Virginis, festo SS. Apost. Petri & Pauli, & omnium SS. ex decreto Sac. Rit. Cong. 16. Nouem. 1607. *Nomine Paschatis, & Pentecostes, dies tantum prima intelligitur.*

16 Vmbraculum, seu Baldachinum, super altare appendi conuenit, forma quadrata colore conuenienti.

17 Tabernaculum in quo assidue

duè asseruatur Sacramentum, conopæo vestiri debet eius coloris, cuius est pallium altaris; sed pro nigro ponitur violaceus, in honorem Christi viuentis.

18 *Sepimento altaria munda conseruantur, quo arceantur laici, ne altaribus inhæreant indecorè.*

Hic esto finis primæ partis, Tractatus primi.

C PARS

# PARS SECVNDA

Rubricarum Missalis, quæ Ritum seruandum in celebratione Missæ 13. titulis complectitur.

## *De præparatione sacerdotis celebraturi.*

## TITVLVS I.

SI Sacerdos confiteri velit, confiteatur antequam vestia indumenta Sacerdotalia.

2 Ant. *Ne reminiscaris*, quæ in duplicibus duplicatur, duplicari debet etiam ante eas Missas, quæ dicuntur ritu duplici, hoc est cum vnica orat. siue sint votiuæ, siue pro defunct. (quamquam pro defunct. omitti possunt ant. & psal.)

3 Non est celebrandum sine libro Missali, aliàs grauiter peccatur. Conuestitur autem Missale ab accuratioribus, proprio inte.

gu

gumento coloris Missæ conuenientis.

4 Quod iubetur in rubrica, vt perlegatur: siue perlegatur Missa, eo fine fit, vt si mutanda sit oratio, quæ sit eadem cum alia, opportune mutatione prouisum sit.

5 Calix non debet fieri ex ære, neque ex aurichalco, sed potiùs ex stanno.

6 Durat consecratio calicis, donec frangatur, vel intus de nouo, auro liniatur.

7 In medio purificatorij debet pingi crux acu.

8 Parua palla linea debet esse eiusdē materię, cuius est corporale & eodē cultu, venerāda, & nō tagēda à laicis, neq; à sacratis fęminis.

9 Conuenit, vt bursa corporalis, habeat crucem in medio.

10 Quæ pars bursæ aperta est, celebrantem respiciat, velo anteriori supra eam reuoluto.

11 In extima corporalis, & palæ superiori parte potest sericum,

& aurum addi.

12 Corporale ita plicari debet, vt nec initiũ eius, nec finis appareat

13 Non sunt lauanda corporalia in communi vase, sed in proprio ad id destinato.

14 Possunt corporalia tangi post eorum benedictionem, & lotionẽ, sed non post vsum: neque post lotionẽ debẽt iterũ benedici.

15 Si immunda notabiliter sunt. peccat mortaliter in eis celebrãs.

16 Paramenta non debent poni in altari in quo missa est facienda nisi pro solis Episcopis, & Cardinalibus vt decret. Sacr. Rituum Congregat. 7. Iulij 1612. deficiente vero sacristia ponatur mensa separata.

17 Si in casu necessitatis ponantur in altari, numquam in medio altaris, sed in cornu Euangelij collocentur.

18 Birretum deponens Sacerdos vt paramenta induat ne illud super missale deponant, neque super ca-

calicem ſcopis ſe purget, & mundet a puluere.

19 Si figura paramenti deſtruitur vel inepta ſit ad vſum ſacrum æ. mittitur benedictio.

20 Cingulam nondum ruptum, poteſt nodo reſarciri; quod ſi rũpatur, altera quidem parte poteris vti non antẽ toto per nodũ reſarcito. quia forma amiſſa eſt. Et nota quod ligamina quibus vere te cingis ſunt magis de forma cinguli, quam illæ eiuſdem partes, quæ pendent verſus terram, vt ſcias ferre iudicium de eodem, benedicendo iterum.

21 Si quis celebret cũ enormiter immũdis paramentis peccat mortaliter, lauãda vero sũt in proprio vaſe. De conſec. d. 4. c. omnis.

22 Benedictionem veſtium, eſſe ordinis Epiſcopalis, non iuriſdictionis, cenſent Tabien. V. Abbas. num. 12. Vgolinus de Epiſcop. cap. 32. num. 9. quam idcirco Epiſcopi aliis non poſ-

sunt sine Papæ facultate delegare.

23 In Clericis peregrinis, & rusticanis tolerandę sunt breuiores vestes, non tamen supra medium crus. Homob. tr. 4. q. 145.

24 Concil. Paleutinum sub Vrb. 6. definiuit coronam Sacerdotis esse debere ad mensuram maioris hostiæ. Tolet 4. coronam Clerici ad mensuram minoris hostiæ: ergo Diaconorum, & Subdiaconorum erit formæ mediæ.

25 In amictu manipulo, & stola, cruces adesse debent, quas osculari debemus, dum eas accipimus, sed omittant signum crucis, quod præter rubricam, sibi faciunt quidam manu, & amictu simul à fronte ad pectus: vel signent se manu tantum antequàm accipiant amictum.

26 *Nota quod dum albam induitur Sacerdos ab alio accipit submittens caput iunctis manibus.*

27 Ligari debet manipulus infra cubitum, non supra, nec longius

gitis à manu.

28 Stola imponitur collo, non longè à collo; longè enim à collo proprium est Episcopi.

29. Transuersando stolam ante pectus, Sacerdos ducit partem à sinistro humero pendẽtem ad dextram, tum partem à dextro humero pendentem ad sinistram.

30 Planata recentiori vsu habet speciem columnæ à parte posteriori ab anteriori verò crucem; quasi Sacerdos sit inter columnam, & crucem Christi.

31 Annuli vsus expressè prohibitus fuit in Missa Protonot. non participantibus, & quibuscumq; Doct. à S. R. Con. 11. Febr. 1623. & item Canon. Cath. 20. Nou. 1628. & Canon. nomina veniunt etiam dignitates quæcumque, siue sint de gremio Capituli, siue non.

*De ingressu Sacerdotis ad Altare. Tit. 2.*

1 SAcerdos omnibus paramentis indutus, accipit

manu sinistra calicem, quem portat eleuatum ante pectus bursam manu dextra super calice tenens, & facit reuerentiam cruci, vel imagini, quæ est in sacristia, capite cooperto, & profundè inclinato.

2 Si contigerit Sacerdotem transire ante altare maius capite cooperto, faciat ad illud reuerentiam: si ante locum Sacramenti, genuflectat cooperto capite; Sacramento verò patente in altari genuflectat detecto capite, & cautè se gerat dum amouet manum dextram ad detegendum caput, neque incedat idcircò longiùs aperto capite, quod titulo maioris reuerentiæ aliqui faciunt, sed minùs cautè, ob calicem quem manu gestant.

Si contigerit transire ante altare vbi ministratur Sacramentum, vel vbi expositum est, genuflectat vnico genu de-

detecto capite: Idem obseruet si aduertat in altaribus minoribus adhuc esse post consecrationem, Sacramentum; sed in eleuatione Hostiæ, vsque ad calicis depositionem, duobus genibus fit adoratio.

4 Si transeat ante altare, in quo sit exposita solemniter reliquia insignis Sancti, de quo fit festum ibidem; conuenit vt apertum caput inclinet illi profundè. In alij reliquiarum expositarum casibus, habeatur ratio altaris tantùm.

5 Cùm peruenerit ad altare, stans in plano capellæ, ante infimum gradum, detecto capite, altari profundè inclinat. Si autem in eo sit tabernaculum SS. Sacramenti genuflectit.

6 *Nota quòd non licet celebrare tecto capite sine iusta causa, & legitima dispensatione.*

7 Explicandum corporale est, ita vt ora corporalis oram al-

taris tangat, eo fine, vt manus quæ ante consecrationem tenentur extra corporale, post consecrationem intra corporale contineantur commodiùs.

8 *Ita aptandum est velum tam initio, quàm in fine Missæ post communionem, vt in anteriori parte latear totus calix.*

9 Si consecrandæ sint hostiæ in aliquo vase mundo benedicto debet vas, illud cooperiri aliqua patena, vel palla, ante, & post consecrationem; vel si pyxis proprium habeat operculum, eodem tegatur.

10 *Apertio Missalis ad sacerdotem spectat*, in missis priuatis.

11 Sacerdos inchoaturus Missam antequàm discedat ab altari prius, facit cruci reuerentiam, cum capitis profunda inclinatione, tum vertit se à cornu Epistolæ, iuxta motum naturalem, hoc est à sinistro latere altaris ad dextrum.

12 Mis-

12 Missa solemnis, principalis, & conuentualis est eadem. Sed alia est solemnis; alia minùs solemnis. Solemnis est ea in qua nihil omittitur quod ad solemnitatem spectet; minus solemnis est ea in qua omittitur incensatio, & pacis osculum. In minùs solemni, Subdiaconus portat calicem, Diaconus librum de sacristia ad altare. Hic deposito & aperto libro, descendit ad celebrantem, cum quo confessionem facit, & interim Subdiaconus explicato corporali, collocat calicem in medio altaris & finita Missa reuertuntur eodem modo in sacristiam. In solemni verò collocantur necessaria super credentia cooperta linteo, nimirum Missale vnum, seu duo pro Epistola, & Euangelio cantandis, velum longum pro Subdiacono, peluicula cum vrceolis, & manutergio, calix cum purificatorio hostia in patena, palla, velum, bursa cum corporali. Ca-

lix autem erit in medio credentiæ, cætera hinc inde. *Hæc omnia debent cooperiri velo oblongo vsq; ad terram vndequaque pendente.*

13 Antequam celebrans exeat è sacristia cum ministris, imponat (capite aperto) incensum in thuribulum, ministrãte Diacono nauiculã, & thuriferario thuribulũ, cũ benedictione. Thuriferarius autem portãs Thuribulum manu dextra, in annulum qui dẽ maiorem pollice immisso, annulũ verò catenæ mediæ, siue operculi, annulari digito sustentans, & nauiculam (illius scilicet pedem) sinistra manu tenens, ita vt pars quæ aperitur à parte exteriori sit, non pectus respiciat, præcedit ante omnes sicut in sacris processionibus. Diaconus, & Subdiaconus procedunt capite operto, vnus post alium. Pares autem cum celebrãte, si hic pluuiali sit indutus pro aspersione aquæ benedictæ.

14 Acolythi debent esse pares

statura,

ſtatura, vt æqualia in motu ſint candelabra: ferant autem eadem illi, ita vt qui à parte dextra incedit, apponat dextram nodo candelabri medio, ſiniſtram pedi eiuſdem, & qui à ſiniſtra incedit è conuerſo, ſiniſtram nodo, dextrã pedi: Si adſit cæremoniarius procedit ſolus poſt Acolythos.

15 Candelabra cum candelis accenſis collocantur in cornibus menſæ anterioribus, vt vſui præſto ſint Acolythis.

16 Birreta celebrantis (qui dat Diacono ſuum) & miniſtrorum, deponuntur à cæremoniario extrà credentiam, ſuper aliquod ſcamnum, putà vbi ſunt ſeſſuri, vel in alio loco decenti.

17 Antequam celebrans incipiat confeſſionem genuflectit, ſi in altari eſt tabernaculum SS. Sacramenti: vel ſi non eſt, caput profundè inclinat cruci: Miniſtri verò tã Diaconus, quã Subdiaconus, & omnes alij etiã cruci, quæ

in

sũn altari est genuflectant in tota Missa quando contigerit transire ante illam, quod expressè habetur titul. 4. rubric. num. 7.

18 Ad confessionem genuflectunt Acolythi, & Thuriferarius propè credentiam; Cæremoniarius si adest genuflectit vbi vult, à latere commodiori ad functionem suam, cui neque stanti assignari potest certus locus in Præsbyterio vt plurimùm stabit à cornu Epistolæ.

19 Si dum celebratur solemniter in altaribus minoribus, contingat transire ante altare maius, vel SS. Sacramenti, fiat vt supra in Missà priuata: Sed celebrans semper detegat caput, quia non gestat calicem, & faciat inclinationem, vel genuflexionem, medius inter Ministros, qui eadem cum ipso præstare debent.

## *De principio Missæ & Confessione facienda. Tit. 3.*

1 SAcerdos pro confessione facienda, descendit in plane Capellæ.

2 Si celebraturus sit coram Summo Pontifice, sistat in infimo gradu altaris à cornu Euangelij, ante ipsum Pontificem, vbi genuflexus expectat benedictionem, qua accepta erigit se, & stãs aliquantum versus ad altare, incipit Missam. Si autem sit coram Cardinale, Legato sedis Apostolicæ intrà fines suę Legationis, Patriarcha, in locis suæ iurisdictionis, Archiepiscopo in tota eiusdẽ Prouincia; Episcopo in sua Diœcesi, etiam, in Ecclesijs Regularium, & exemptis; stans in infimo gradu à cornu Euangelij, dato signo profundè eis inclinat caput, & versus ad altare incipit Missã. Minister autem in his casibus erit in cornu Epistolę. Cum alij Principibus, & Prelatis debet Sacerdos

ita

ita se gerere, vt eos quidẽ honoret, sed parciùs quàm prænominatos in rubr. Putà antequàm accedat ad altaris gradus, calicem tenens manibus, vt supra, sese illis inclinet capite recto, profundè & profundiùs, pro dignitate personarũ. Idẽ præstare poterit in fine Missæ recedens ab altaris gradib. dum adhuc est in plano Capellę.

3 Quemadmodum celebrans non debet quemquã aduertere in alio altari celebrantem etiamsi Sacramentum eleuet; *Sic nec* Ministri parati: non verò inferiores Ministri qui eo casu possunt genuflectere, & adorare Sacramentum.

4 Cum seipsum Sacerdos signat, sinistram ponit infra pectus, ita tamen vt sinistra manus sit extra terminos crucis à dextra impressæ, sed supra cingulum eam ponat.

5 Benedicens aliquid in altari, sinistram ponit super altare, quia non decet sinistram manum suspen-

pen-

pensam quasi in aere teneri. Quod item seruari debet, quoties præstandum est aliquid vnica manu, V.G. voluenda sunt folia Missalis vel aliquid simile agendum, tunc enim alia manus deponi debet, & nunquam vnica manus suspensa teneri.

6 Non debet addi nomen Patroni, aut alicuius Sancti in Confessione pro arbitrio, sine Papæ licentia.

7 Cum celebrans dicit *& vobis fratres*, *& vos fratres*: *Misereatur vestri*, conuertitur paululum versus ministros, in Missa solemni: & Ministri reciprocè cum dicunt *& tibi Pater*, *& te Pater*, *Misereatur tui*, inclinant versus celebrantem. Ad *Misereatur*, adhuc inclinati manent, sed ad *Indulgentiam* stant. Sed in Miss. priuileg. Sacerd. non conuertitur.

8 *Signa crucis sibi adhibent Ministri vnà cum celebrante in tota*

*Missa,*

*Missa, excepto Subdiacono dum patenam tenet.*

*De introitu, Kyrie eleison, & Gloria. Tit. 4.*

1 OSculatur Sacerdos Altare in medio, non à latere.

2 Vbi non sunt reliquiæ Sanctorum (ex dispensatione Apostolica) in Altari omitti debent verba *quorum reliquiæ hic sunt*, eoque casu osculum altaris fieri debet, ad ea verba, *indulgere digneris.*

3 In deosculatione siue altaris, siue libri, siue alterius rei nunquam producitur signum crucis pollice, vel manu super id quod osculandum est.

4 Cùm Sacerdos dicit *Gloria Patri*, conuertere debet caput ad Crucem, non personam.

5 Oportet iungere manus in verbo *Amen*, in fine hymni angelici, peracto signo crucis.

6 In Missa solemni, cùm Sacerdos ascendit ad altare, Diaconus sinistra manu, Subdiaconus

dex-

dextra, albam, & veſtem anteriorem celebrantis, paululum eleuant; & ſolus Sacerdos oſculatur altare. *Miniſtri verò neque oſculantur, neque tangunt, ſed ſuo quiſque loco genuflectit, & ſtatim ſurgit: quod ſemper obſeruent, etiamſi celebretur in altaribus vbi non eſt Sacramentum, ſed ſola crux cum imagine Crucifixi.*

7 Oſculato altari a celebrante ſequitur incenſatio. *Nota quod ſi quidpiam aliud miſceatur cum incenſo, maior quantitas ſemper debet eſſe incenſi, vt incenſum dici queat.*

*Regulæ ſeruandæ pro incenſatione facienda.*

NAuicula datur à thuriferario Diacono miniſtranti ſine oſculis. Subdiaconus in hoc caſu ſtat à ſiniſtris celebrantis; Thuriferarius verò ſuſtētat annulum maiorē, manu ſiniſtra, & eleuato altera annulo operculi, manu

nu dextra, eademq; manu complectẽte catenulas circa mediũ earũ, inter operculum & thuribulũ, flexoq; quasi genu dextro offert thuribulum æqualiter eleuatũ ad nauiculæ altitudinem, celebranti.

Tunc Diaconus parùm inclinatus versùs celebrantem, dicit, *Benedicite Pater Reuerende*, & osculatur cochlear, & manum celebrantis, ante, & post; at celebrãs manum sinistram pectori admouet, & dextra sumit ter, & ter immittit incensum in thuribulum de nauicula, dicẽs interim. *Ab illo benedicaris, &c.* & deposito cochleari producens manu dextra signum crucis, super thus, in thuribulo, illud benedicit. Postea Diaconus dimittit nauiculam in manu thuriferarij, qui eam accipit sine osculis demissoque operculo statim tradit thuribulum Diacono, qui dat illud celebranti, osculata priùs catenularum summitate, & manu illius dextra.

(Nota

(Nota pro faciliori intelligentia eorum quæ seruari debent in incensatione quod altare bifariam diuiditur, nempe in planitiem, seu mensam, & frontem, seu faciem; planities est pars superior, id est tabula altaris; frons vero, anterior pars. Planities diuiditur in partem anteriorem, & posteriorem; frons vero non diuiditur, sed vocatur anterior pars simpliciter. Quælibet harum partium tam anterior, quam posterior planitiei, & frons altaris, incensari debet triplici ductu abutroque latere, vt clarius patebit, & præ oculis exhibebitur in imagine supposita. His præmissis; cum celebrans acceperit thuribulum à Diacono, facta cruci reuerentia profunda, vel genuflexione Sacramento, eam ter incensabit nihil dicens, neque in tota hac incensatione: & facta iterum cruci reuerentia, vel genuflexione Sacramento, incensat altare, non candela-

bra

bra ( quod benè nota, ) sed posteriorem planitiei partem, æquali distantia ( prout distribuuntur candelabra ) linea recta, à medio eius vsque ad cornu Epistolæ, vbi demissa manu thurificat illius postremam partem inferiorem, mox superiorem, bis ducto thuribulo; & conuersus ad altare, eleuans manum incensat eius planitiem, seu mensam, in parte anteriori, ter ducens thuribulum, linea transuersali, quasi per semicirculos, vsque ad medium, vbi facta cruci reuerentia, vel genuflexione Sacramento, procedendo thurificat aliud latus altaris, nempe posteriorem planitiei partem, triplici ductu, linea recta vsque ad cornu Euangelij, & pariter incensata inferiori, & superiori parte ipsius cornu Euangelij, duplici ductu, adhuc stans ibidem, eleuans thuribulum, ter incensat anteriorem planitiei partem, linea transuersali quasi per

semi-

semicirculos versus medium altaris, vt fecit in cornu Epistolæ: deinde manu aliquantum demissa, incensat frontem ter ducens thuribulum, dum procedit à cornu Euangelij, vsque ad medium altaris, & facta cruci reuerentia, vel genuflexione Sacramento, incensat similiter ductu reliquam faciei partem, vsque ad cornu Epistolæ, vbi reddit thuribulum ipsi Diacono. *Subinde nota quod & si pauciora sint quàm sex candelabra, adhuc triplici ductu thuribuli incensatur vnumquodque latus altaris. Nota, praeterea, quòd cùm celebrans incensat, Diaconus, & Subdiaconus inseruiunt hinc, inde, eleuando planeta eam partem, quæ est circa eius brachia, vt non impediatur; altera eorum manu pectori admota.*

Si fuerint reliquiæ, seruentur quæ in missali notantur.

Nota numeros sequentis ima-

ginis, sic facile intelliges quæ supra scripsimus de incensationibus.

Diaconus in accipiendo thuribulo à celebrante, osculatur primò manum eius, tum catenularum summitatem, eumque incensat cum inclinatione capitis profunda, ante, & post; cui nec modicum quidem celebrans caput inclinat.

Librum amouet de altari thuriferarius (si abest cæremoniarius) & restituit statim; quando nimirum incensandum est cornu Epistolæ, seu Euangelij, tempore incensationis huius, & oblatorum.

Quòd si adsit assistens pluuiali indutus, eiusdem erit amouere librum. Subdiaconus autem ad incensationem celebrantis à Diacono, sistit se contra cornu Epistolæ, neque cum Diacono caput inclinat celebranti.

Finita incensatione, redit in

sa-



facrtiftiam thuciferarius qui propterea non habet locum ftabilem in presbyterio.

8 Solus celebrans legit *Introitum*, non Miniftri qui tamen ref-pondet, & dicunt cum eo nouies *Kyrie eleifon*, in eodem cornu Epi.tolæ vfque ad nonum.

9 Quando Diaconus, & fubdiaconus ftat vnus poft alium diaconus fe locat fuper fecundum gradum Subdiaconus in plano capellæ formantes lineam rectam.

10 *Quando Diaconus, & Sub-Diaconus afcendunt ad altare, faciunt prius genuflexionem in medio vnde difcedunt, fed non debent aliam iterum facere ad altare. & vice verfa quando difcedunt ab altari genufle&unt, fed nullam aliam faciant genuflexionem reuerfi ad loca fua.*

11 Cum celebrans dicit *hymnum angelicum* caput inclinant Miniftri cum eo, & cum eodem fe fignant in fine.

11 Si sedendum erit, parato scamno oblongo, & decenter vestito; a latere Epistolæ, in plano capellæ, postquam celebrans dixerit secreto totum hymnum angelicum, facta Cruci a celebrante inclinatione, seu genuflexione Sacramento, & a ministris semper genuflexione, descendunt vnus post alium, per breuiorem viam, a latere Epistolæ, ad sedem paratam, in qua sedent, cooperto capite: quod tamen aperiunt cum inclinatione ad verba ejusdem hymni, ad quæ inclinandum notatur in rubr. parte secunda, titulo 4. num. 3. dum cantatur a choro. In fine vero non se signent rursus signo Crucis, quæ omnia, & in Symbolo sunt obseruanda.

13 Sedet celebrans medius inter Diaconum a dextris, & Subdiaconum a sinistris: stant Acolythi, regulariter ad credentiam.

14 Re-

14 Reuersus ad altare dimissis birretis procedũt vnus post alium per planum capellæ, & facta in medio reuerentia altari, vel genuflexione Sacramento, ascendunt, quisque ad locum suum, vno remanente post alium.

15 *Si sedendum non sit* (quod maxime decet coram Sacramento in altari exposito) *stabunt apud altare quasi pares, a principio, vsque ad finem dicti hymni cantati a choro, & inclinabunt vt supra*, finitoque hymno, facta a Ministris, genuflexionem ibidem, descendent ij ad gradus suos, vt vnus stet post alium:

## *De Oratione Tit.* 5.

1 PRæter extensionem & iunctionem manuum, quæ præscribuntur Sacerdoti dicturo, *Dominus vobiscum*, earumdem eleuationem addit cæremoniale, Episcoporum lib. 2. cap. 8.

2 Qui vtuntur perspicilijs, nunquam deponant ea, super corporale.

3 Dubitant nõ pauci de situ manuum tempore orationum & Canonis, sed rubrica aperte docet quod ita debet extendi ante pectus, vt palma vnius manus respiciat alteram, digitis omnibus simul iunctis, quorum summitas humerorum altitudinem, distantiamque non excedat. non igitur debent demitti ad pectus, vel infra pectus sed ad humerorum altitudinem eleuari.

### *De Epistola, Graduali, & aliis, vsque ad Offert.*

### *Tit* 6.

DVm signatur liber Euangeliorum, sinistra manus apponi debet eidem libro.

2 Signa in fronte ore & pectore fiunt pollice tantum, *multi conuertunt se ad crucem, vel versus Sacramẽtum initio Euangelii, sed hoc est præter rubricam.*

Si

Si plures Prælati æquales inter sint Missæ, nulli dabitur liber osculandus, nec etiam celebranti: si plures inæquales, digniori tantum.

4 Tolerari potest illa consuetudo qua defertur liber prælato, continuante celebrante Symbolum, non autem tolerari debet altera, qua prælatus osculatur librum, dicto offertorio, cum non dicitur *Credo*. Minister librum defert sine vlla reuerētia ad prælatum, sed postquam ille fuerit osculatus, libro statim clauso reuerentiã illi debitam faciet; Ille vero tantum qui librum osculatur dicere debet, *per Euangelica dicta, &c.* sunt enim verba osculantis propria, quæ ideo omisso osculo omittuntur, & in Missa defunctorum.

5 Ex decretis Cong. Cardinalium super negotia Episcoporum 2. & 28. Aug. 1589. non defertur liber osculandus Vicario,

Apostolico, neq. Commendatario seu eiusdem procuratori ex decr. Sacr. Rituum Cong. 17. Septem. 1611. neque alijs a SS. Pontifice Cardinali in loco sui Tituli, Legato intra fines suæ legationis, Patriarchæ, in loco suæ iurisdict. Archiepiscopo in sua Prouincia, Episcopo in sua Diœcesi, & sine facultate sedis Apostolicæ, Principibus autem magnis ex tolerantia, non autem inferioribus laicis & illis alius liber deferendus est, & non idem ipse celebrantis, qui proprium eo casu semper osculari debet librum.

6 Quando in Symbolo celebrans dicit *adoratur*, caput inclinat, sed non ad sequens verbum *conglorificatur*, in fine Symboli signat seipsum, ad verbum *Amen* iungit manus.

7 In Missa solemni, Subdiaconus circa finem vltimæ orationis, comite Cæremoniario, procedit ad cantandã Epistolam.

Comi-

Comitatur autem Subdiaconum a sinistris eiusdem, quod & alias facit, genuflectens cum eo vnico genu, in medio altaris.

8 Cantari debet Epistola, iuxta cornu altaris, vbi celebrans legit Epistolam, in plano Presbyteri.

9 *Si inferior Subdiaconus cantare velit Epistolam, ne sacras induat vestes, sed super pelliceum tantum.*

Epistola cantata Subdiaconus, facta iterum genuflexione altari in medio, redit ad celebrantem, & genuflectens osculatur eius manum, & ab eo benedicitur praeterquam in Missis defunct. postea idem Subd. defert Missale celebrantis ad cornu Euangelij, & ibi ministrat celebranti.

10 Diaconus defert librum Euangeliorum nullo comite (comes enim datur Ministris ad aliquid cantandum, aut quando exeundum est à Præsbyterio) & collocat in medio altaris.

*Interim notandum est quod celebrans non debet interrumpere Euangelium quod legit vt ea præstet, quæ circa Diaconum sunt peragenda, sed hic expectet finem, & lecto Euangelio submissa voce; non osculatur librum celebrans, sed post Euangelium solemniter cantatum*, at imponit incensum ac benedicit ministrante Diacono nauiculam, eo prorsus modo quo in principio Missæ dictum est.

11 Diaconus dicit *Munda cor meum*, super primo altaris gradu altiori, in quo etiam versus celebrantem in latere Euangelij, non omnino conuersus ad eum, petit benedictionem, qua accepta osculatur manum celebrantis.

12. Cum Diaconus petit benedictionem genuflexus, reliqui ministri stant (nisi coram Episcopo celebretur) quia eo casu omnes genuflectunt.

13 Cantari debet Euangelium

versus

versùs Aquilonem ter altare, & populum quod idem est ac contra altare versùs populum: & reuera verba rubricæ quæ alioquin pugnare viderētur inuicem, non pugnant sed locum & situm quasi medium indicant, ita vt Diaconus, neque totus sit contra altare, neque totus versus populum, sed inter vtrumque faciem sistat suam.

14 Dum cantatur Euangelium, Thuriferarius stabit post Diaconum ad sinistram eiusdem, & agitabit leuiter thuribulum, eleuata aliquātulum operculi catenula nè igne extinguatur.

15 Subdiaconus & Acolythi immobiles stabunt neque capita inclinabunt vnquam multo minùs genuflectent. Cæremoniarius post Diaconum stabit.

16 Subdiaconus defert librum apertum ad sacerdotem sine vlla reuerentia, tam altari in-

quo datur Sacramentum quam Sacerdoti, ob reuerentiam sacri Euangelij, deinde clauso libro facit reuerentiam vtrique, & deponit librum super credentiam: Acolythi finito Euangelio deponunt candelabra sine mora.

16 Diacono in plano medio ter incensabit celebrantem, qui coram prælato suo sicut non osculatur librum, sic non incensatur.

18 Si concio habenda sit, concionandum est dicto Euangelio.

19 Si celebrans velit concionari, sedeat super scamno nudo in cornu Euangelij, capite tecto, aut sine casula in pulpito.

20 Si celebrans sit in altari dum cantatur à choro, *& incarnatus est*, ad verba hęc genuflectit cum Ministris, in superiori altaris gradu.

21 Diaconus solus cum debitis reuerentijs, portat bursam corporalium sine comite, & it per viam breuiorem ad credentiam,

per

per longiorem ad altare; interim surgit Subdiaconus, & stans capite detecto, expectat aduentum Diaconi, vt cum eo sedeat, vt priùs; sed cum accedit celebrans, & Subdiaconus, si ad altare sint & non sedeant paululum secedunt versus cornu Euangelij, vt Diacono venienti quasi medium altaris totum relinquant.

22 In Missa solemni quam celebrans dicit sine Diacono, & Subdiacono dicit nouies *Kyrie eleison* in cornu Epistolæ, vt in alijs Missis solemnibus: Item, *Humilitate capita vestra Deo*, sed versus altare.

## *De offertorio & alijs vsque ad Canonem. Tit. 7.*

1 SVnt qui dicunt Offertoriũ expansis manibus, sed hoc est expressè contra rubric. quæ præcipit dici iunctis manibus alij dicunt submissa voce contra rubricam:

2 Velum plicari debet a Ministro, & deponi propè tabellam secretarum ab eadem parte altaris, vbi calix, ne super corporale, aut extra illud remaneat non plicatum: quod cùm neque a Sacerdote plicari conuenire videatur, plicetur à Ministro, qui explicato manutergio in eadem parte collocabit, & ibidē peluiculam cum vrceolis.

3 Si fuerint plures hostiæ cōsecrandæ in pyxide, Sacerdos dextera discooperit eam antequàm accipiat patenam eandemque collocat in medio corporalis, inter locum calicis, & tabellam secretarum, nec ideò debet eam eleuare sub prætextu oblationis, sed sufficit si ad eam intentionem dirigat.

4 Minister tenere debet ampullæ partē inferiorem, ita vt Sacerdos eam possit per aurem seu manubriolum capere, debet item recipere candem manu sinistra. vt

alte-

alteram ſtatim miniſtret ampullã manu dextra : offerat autem amdas cum oſculis earum non manus Sacerdotis,& cum debita reuerentia, ſaltem inclinando caput, niſi Sacerdos de maioribus exigat genuflexionem. Sed & Sacerdos ipſe propiùs admoueat calicem ampullis, ita vt neque gutta cadere queat ſuper altaris mappam, & ſi guttæ vini, aut aquæ diſperſæ appareant intra calicem, tunc vel circumacto vino calicis vniantur, vel purificatorio abſtergantur.

3 Dum Sacerdos offert calicẽ, illum ita eleuatũ teneat, vt cuppa calicis non excedat oculos, neque ſit infra os.

6 Nota quod verba illa rubricæ, *quod ſemper facit quando aliquid eſt benedicturus* ante, *veni ſanctificator*, intelliguntur tantum de manibus expandendis non de oculis eleuandis qui poſt conſecrationem defigendi

gendi

gendi potius sunt in hostiam consecratam, & item quando vtraque manus est libera, nec earum altera est occupata ad hostiam tenendam, seu calicem: quod accidit paulò ante consecrationem; neq; enim deponenda est hostia, vel calix, in eo casu, vt manus iungantur, ad illud verbum, *benedixit*.

7 Ad formandas cruces manu dextra, regula sit, vt formentur duæ lineæ, hoc modo non autem quatuor puncta ∴ & lineæ illæ non excedant mensuram palmi communis manus. Item transuersa pars crucis, fiat manu quoque transuersa, ex Innocentio 3. lib. 5. cap. 1. Non recta qua ad abigendas à calice muscas vtimur. Non igitur debet fieri in circulo, neque in varicatione digitorum. Sed nota quòd dum præscribitur formanda crux super vtrumque; formari debet inter hostiam, & callicem, ita vt æqua-

æqualiter alte fiat crux à calice ad hostiam, & transuersè super oram anteriorem palliæ, quæ calicem tegit, eò quòd media esse solet inter calicem, & hostiam.

8 *Si facienda est oblatio populi, fiat dicto Offertorio, ante oblationem hostiæ.*

9 Qui Missas nouas celebrant, possunt circuire Ecclesiam ad oblationem, ex decreto Sacr Congreg Concilij Trid. Sess. 22. neque in fine oblationis debet dari benedictio, vt nec initio.

10 Antequàm Minister aquam infundat pro lotione manuum, priùs eleuat paululùm manutergium ab altari, vt Sacerdos illud capere queat; & tenens peluiculam in sinistra, ampullam aquæ in dextra, cum osculo ampullæ, & debitis reuerentijs, fundit aquam. Reposita deinde ampulla aquæ, cum alia vini, in loco

suo

suo, manutergium plicabit.

11 Versus, *Gloria Patri*, ad Psal. *Lauabo*, potest dici cum reditur in medium altaris, dummodo non omittatur capitis inclinatio.

12 Sacerdos non debet recedere á medio altari, vt dicat orationes secretas, sed eas recitare in medio conuersus ad librum. Hinc patet aptãdum esse librum propè corporale vt commodiùs legatur non autem relinquendum eò loci vbi dictum est Euangelium.

13 Ritus ter pulsandi campanulam cum aliqua distinctione, ad eleuationem Sacramenti, decentior est & congruentior, quàm pulsandi continuatè, ter inquam cum aliqua morula interposita, scilicet cum Sacerdos adorat, cum eleuat, & cum reponit hostiam seu calicem.

14 Diaconus & Sub. dicto à celebrante *Oremus*, accedunt ad altare, facta priùs in suo quisq; loco genuflexione.

15 Dum

15 Dum Subdiaconus accipit calicem de credentia, ponitur velum paruum calicis & relinquitur super credentiam, vt commodius portetur calix. Nota quod Subdiaconus manu sinistra nuda tenet calicem, non autem cum velo pendente ab humeris, & per breuiorem viam defert illum ad altare, & procedit comitatus ab Acolytho ampullas vini, & aquæ portante, qui eum sequitur non præcedit: neq; ab alio quam vno ex duobus Acolythis comitatur.

16 Diaconus dat patenam cum hostia celebranti, osculando eius manum, sed osculata prius patena: interim Subdiaconus extergit calicem purificatorio.

*Esto regula generalis. Quotiescunq; aliquid traditur celebranti prius osculanda est res quæ traditur, deinde manus celebrantis, sed è conuerso quando aliquid acci-*

*accipitur ab eo, prius osculanda est eius manus, deinde res quæ accipitur: Quod semper seruatur præterquam in Missis defunctorum, & quando expositum est Sacramentum, in his enim casibus omittuntur prædicta oscula.*

17 Si adsint particulæ consacrandæ pro communione solemni, delata pyxide ad altare paulo ante Subdiaconum à Cæremoniario, seu sacristia, eam Diaconus aperit, & collocat super corporale, antequam redat patenam celebranti, & eandem eleuat parũper dum hostiam offert; qua deposita & ipse deponit pyxidem cooperit, & collocat post calicem.

18 Diaconus manu sinistra calicem per nodum tenens, accipit ampullam vini, de manu Subdiaconi, qui eandem accipit de manu Acolythi (vterque vero accipit sine osculis nec ampullæ, nec manuum) & infundit vinũ in Cali-

li-

licem. Ampullam vero aquæ accipit Subdiaconus ab Acolytho, siue osculis; & parum inclinatus ostendit celebranti dicens. *Benedicite Pater reuerende*, & infundit aquam tum Diaconus dat calicem celebranti cum debitis osculis, & cum eo dicit *Offerimus*

19 Subdiacono tatum datur patena tenenda non vero alij inferioris ordinis, & si cātent Epistolam, quod vltimum prohibitum est fieri cum paramentis sacris: *Pars interior patenæ, Subdiaconum debet respicere*.

20 Celebrans dicens *per intercessionem*, ter imponit incensum. & semel illud benedicit, in Thuribulo, ita vt ad verbum *benedicere*, manu dextra producat signum crucis super Thuribulum fumigans. Diaconus, & Thuriferarius ministrant vt initio Missæ, & Diaconus in hac incensatione retinere debet

debet pedem calicis, dextra manu, ne cadat. At Sacerdotes ter ducit Thuribulum super calicem & hostiam, simul, in modum Crucis, Crux autem fit etiam in hoc casu, non veluti per quatuor puncta, sed per lineas, vt sup. eod. tit. num. 7. Neque demittendum est Thuribulum in formandis his crucibus, sicut in circulis sequẽtibus, in quibus Thuribulum depressius ducitur, ita vt circumeat calicem. *Quod autem dicit rubr. bis ad sinistram, & semel a sinistra ad dexteram, hoc intellige de dextra & sinistra celebrantis.*

21 Celebrans nõ incensat Sacramentũ, sed crucem nisi Sacramentum sit expositum, quia tunc genibus flexis in supremo gradu, illud incensat: Diaconus amouet quidem calicem, dum crux incensatur, sed non extra corporale si capax sit. Subdiaconus autem in tota hac incensatione nihil se mo
uet

net. Thuriferarius vero deposita nauicula super credentia, amouet de altari, & reportat librum nisi sit assistens.

22 Diaconus incensat chorum, comite thuriferario, qui precedit & incensantur omnes. In choro autem incensandi stare debent, quasi extra stallum, neque illi indecore inniti; se mutuo inuitent antequam quilibet incensetur a Diacono, vt in cœremon. Ep. lib. 1. cap. 23. Celebrans nullo maiore præsēte, cui triplex ductus Thuribuli debeatur, triplici ductu incensandus erit; eo presente, dupli. ci tantum ductu. Diaconus, Subdiaconus, & alij parati, duplici ductu Canonici item duplici ductu, Sacerd. in choro vnico ductu, cæteri sine mora inclinabit caput qui incensat ante & post iisdem vsq; ad Sacerdotes inclusiuè nisi ita multi sint, vt incēsatio finiri nō possit ante finē præfationis. Diaconus incēsabit oēs de clero

exceptis Acolythis, quos stantes apud credentiam incesabit Thuriferarius ante laicos de populo. Domini locorum minorum, de quibus in Cæremoniali Episc. li. 1. cap. 28. nulla fit mentio, seu Magistratus, incensari poterunt a Thuriferario duplici vel vnico ductu, pro qualitate personarum ijvid. licet quibus proprium scamnum, seu sedes ab alijs distincta parari solet. Consuetudo locorum laudabilis in his attendi solet, ad pacem cum Clerici, tum laicorum conseruandam, in toto incensationis ordine & ritu.

23 Thuriferarius incensat ter populum, primò in medio, deinde versus latus Epistolæ, quod est dextrum populi tertio versus latus aliud cum honoris significatione ante & post a Thuriferario adhibita.

24 Ministrant Acolythi celebranti in lotione manuum debitis & cum quasi osculis ampullæ

&

& manutergij, ante & post, sed stantes Acolythi, non genuflexi ministrant.

25 Ad *Orate fratres* Subdiaconus respondet, *Suscipiat &c.* sed celebrans tardius dicat secretas orationes, vt Diaconus opportuno tempore redire queat ad dicendum, *Sanctus*, &c. cum eodem: Cæremoniarius interim assistat libro, & folia vertat quandiu Diaconus abest, nisi adsit assistens

26 Paulo antequam dicatur *Sanctus*, accedunt Diaconus, & Subdiaconus ad altare, facta in locis suis, post celebrantem genuflexione; quam rursus faciunt, dicto ab eisdem vltimo *Hosanna in excelsis*.

27 *Benedictus qui venit*, &c. non cantatur a choro nisi post depositionem calicis, etiam in Missis defunctorum.

28 Assistens non tenet manus iunctas sed folia Missalis vertit

&

& indicat quæ ſunt dicenda a celebrante.

29 Ad *Sanctus*, campanas maiores pulſare conuenit, ſicut in Miſſa priuata, campanulam paruam, quam pulſant aliqui, etiam in Miſſa ſolemni; & placet per alterum ex Acolythis, vt moneantur ij, qui maiores pulſare debent campanas & tempus ignorant eas pulſandi, quia longius abſunt.

### *De Canone Miſſæ vſque ad conſecrationem.* *Tit. 8.*

1 AD primum geſtum, primà verba, *Te igitur* ſunt pronuncianda, neque dari debet geſtus ſine voce.

2 In canone caput inclinatur ad nomen Papæ.

3 Epiſcopus loci in quo celebratur nominari debet in canone neque nominandus eſt Abbas exemptus loci, ſed Epiſcopus vicinior

cinior

cinior ad quem pro ordinatione itur. *Caueāt regulares ne in Canone nominent ſuperiores ſuos vt antiſtites, quod vetuit Sacra Rituum Congregatio 12. Nouemb. 1615.*

4 Dum Sacerdos facit commemorationem viuorum, in primo *Memento*, aliquantulum caput demittit, non ergo eleuat oculos verſus crucem, nec claudit, niſi fortè ad maiorem; animi compoſitionem neque defigendi ſunt oculi in Sacramentum, ſi eſt in altari expoſitum, eo quòd in altero *Memento*, præſcribitur capitis demiſſio, & oculorum; in vtroque enim *Memento*, hæc capitis & oculorum demiſſio attendi debet ad indicandam humilitatem.

5 Nomina eorum pro quibus Sacerdos orare vult, ſecretò nominet, id eſt incluſa pectoris cōgitatione. 6. Hoc loco dicendum eſt de applicatione ſacrificij, & quid quid ſit de valore Miſſæ, qui

tione, & modo celebraret, quia certum est participare Sacerdotem in maiori quantitate, de valore Missæ, quàm alium quemlibet, qui eundem celebrare iubet, aut procurat.

Tertium est, vt suffragari intendat eo maiori affectu quo potest & debet ijs quibus tenetur, siue ex obedientia, siue ex titulo beneficij, siue legati, siue contractus rationabilis, siue promissionis, aut voti, siue congruentis eleemosynę acceptæ, aut promissæ, & ea prorsus ratione, qua ijsdem tenetur ad Missam, seu plures Missas. Si verò ij non egeant, aut fortè ex defectu gratiæ, non sint capaces sacrificij fructus, substituat statim alios actu, & secunda vt aiunt intentione, alioquin fructus Missæ non applicatus, remanebit in Thesauro Ecclesiæ. Deus autem nouit, quantùm cuique illorum de fructu Missæ sit dandum.

Quartum est, vt alijs item prodesse intendat, sine prædictorum præiudicio, eo ordine & quantitate fructus, qua Deus scit ipsum teneri, & eos specialiter nominatos Deo commendet, siue in ordine ad remissionem pœnæ, cùm sit satisfactorium: siue ad gratiam acquirendam, & augendam, cum sit meritorium, siue ad deletionem culpæ, cum sit propitiatorium: siue ad quęcumque bona spiritualia, vel temporalia, quibus illi egent, & vtiliora eis forent obtinenda, cum sit impetratorium: siue ad gratias agendas de obtentis, cùm sit Eucharisticum: siue ad reddendum honorem ab illis Deo debitum, cùm sit latreuticum.

7 *Memento*, est oratio priuata, quare in ea admitti possunt infideles & excommunicati omnes ad eorum salutem procurandam.

8 In commemorat. post *Memento*,

*mento*, defunct. eadem fere obseruet Sacerdos. Et primò omnes commemoret ex instituto & intentione Ecclesiæ: deinde eos pro quibus tertio loco teneri dictũ est sup. 3. alios chariores quos voluerit, & itẽ illius animã de fũcti, quę proximè egressura est de purgatorio. Omnes autem defuncti, commendandi sunt Deo, in ordine tantùm ad pęnarum remissionem.

9 Ad Orationem, *hanc igitur*, expandit manus Sacerdos, non super calicẽ tantùm, sed super vtraque oblata, pollice dextro ad huc super sinistro, in modum crucis posito, sed de subtus, vt constat ex actis Eccl. Mediol.

10 Si pyxidem collocauit post calicem, retrahet eã prius ad latus ipsius calicis versus cornu Epistolæ, vt super ipsas quoque particulas, proferat verba consecrationis, quæ proferre debet stans quidem, & inclinato capite, sed retentis æqualiter pedibus in sup-

plures sint gradus, manu sinistra eleuat partem inferiorem posterioris planetæ, quam in medio accipit, sed eam deponens non osculatur, vti nec accipiens.

14 Quod dicitur in rubr. *Sacerdos consecratus accipit calicem iuxta cuppam*, idem est ac si dicatur, capit nodum calicis qui est infra cuppam.

15 Quidam deponunt calicem, vt manus iungant, & benedicant; sed male, quia non est deferendus calix ab eiusdem acceptione, sicut nec defertur hostia ad illud verbum. *Benedixit*, donec fiat consecratio.

16 Antequam eleuet calicem dicat *hac quotiescunque feceritis*, &c. & dum reponit, pedi calicis non infigat osculum.

17 Ad eleuationem calicis tenet Sacerdos sinistra pedem, dextra nodum.

18 Cum eleuatur hostia, ele-

 uentur

uentur etiam funalia, vsque ad depositionem calicis inclusiuè.

16 In Missa solemni dum celebrans dicit, *quam oblationem* Diaconus accedit ad eius dextram, facta priùs genuflexione vbi est, altari. Si adest pyxis, cum particulis consecrandis, Diaconus eam detegit, & collocat propè hostiam ante consecrationem, & deposita hostia post consecrationem facta cum celebrante genuflexione pyxidem operit, & collocat in loco pristino, & antequā discooperiat calicem cōsecrandū, cū celebrante priùs adorat cùm genuflexione hostiam ab eo depositā super altare. Subdiaconus genuflectit supra infimum altaris gradum in medio, post celebrantem, dum tenet patenam, sed dum non tenet eam, ter incensat in cornu Epistolæ, incenso non benedicto, nimirum cum celebrās adorat, cum eleuat, & cū deponit hostiam, vel calicē.

Factà

20 Facta consecratione Diaconus redit ad librum, facta iterũ genuflexione in cornu Euangelij cantum, vbi est liber, & assistit vt prius thuriferarius vero redit ad Sacristiam.

Nota quòd chorus genuflectit initio canonis, & surgit post depositionem calicis. Stant autem omnes versus altare in locis suis.

*De Canone post cõsecrationem, &c. Tit. 9.*

1 Pausa fit in *Memento* defunctorum, non post litteram N. sed post verba *somno pacis.*

2 Nota quòd ad verba *Per eundem Christum Dominum nostrũ* ante verba. *Nobis quoque peccatoribus.* fit capitis inclinatio.

3 Dum Sacerdos pectus sibi percutit ante communionem, hoc facit tribus digitis inferioribus& vltimis ne pollex &index iuncti, tangant planetam.

4 Duæ cruces quæ fiunt inter

dum eidem celebranti, tum facta genuflexione accedit ad Prælatũ, & alios quibus idem instrumentum porrigit facta tantum reuerentia post datam vnicuique pacem: velum quoque adhibebit colori Missæ conueniens, quo qualibet vice terget illud antequã alter osculetur, si plures sint Prælati; alijs verò non tergat. Neque danda est pax hoc loco cuicumque, sed personæ, seu personis tãtùm valde insignibus.

3 Dum Sacerdos signat seipsum hostia consecrata, non debet mouere patenam, sed hostiam tantum, ita tamen vt non egrediatur limites patenæ, ne fragmenta cadant extra illam. Item cubitos super altare ponat in sumptione, vt in consecratione.

4 Dextera tantùm manu calicẽ mouet sinistra patenam tenens, quam non supponit calici, nisi cum eum sumit.

5 Ille modus loquendi, *Accipit calicem infrà nodum cuppæ*, non significat aliud diuersum ab eo quod supra aliis, dicitur: *Tenēs nodum infrà cuppam*, Sēsus enim est, *Accipit nodum cuppæ qui est infra*. Neque maior est ratio cur diuersimodè capiatur calix in prædictis casibus imò ad sumendum calicem. tutiùs, & commodiùs tenetur nodus calicis, minus tutè tenetur calix inter nodum, & pedem illius.

6 Postquam Sacerdos communicauerit, Minister defert ad altare, in cornu Epistolæ, ampullas in peluicula, quas ministrabit, cũ osculis & reuerentiis debitis, & in fine relatis iisdem ad locum suum, extinguet cereum, pro eleuatione accensum.

7 Deceret vt vinum infusum in purificatione calicis, esset eiusdem quantitatis, qua fuerunt primæ species sanguinis: alioquin Sacerdos illud saltem in-

intra calicem circumagat, vt absumantur species; neque extra altare demittat calicem, neq; digitis labia calicis, seu oris sui detergat, neque digitos lambat.

8 Sumi debet ablutio per eandem partem calicis, per quam sanguis Christi haustus est.

9 Calix est tantum bis admouendus ori, non vltra, nam stomachum moueret adstantibus, pluries quam ter, sanguinem, & bis purificationem sumere.

10 In Purificatione vino & aqua digito abluit Sacerdos; nec potest quispiam purificare se aqua tantùm sine vino inconsulto Summo Pontifice, non obstante contraria quorumdam consuetudine quam abusum esse constat.

11 Vtramque Sacerdos ablutionem sumit in medio altaris: caueat autē ne dum digitos purificatorio, id tergit, corporale cōmaculet, gutta cadente è digitis.

12 Calicē dum plicat corporale;

*Nota quòd communicãdi manus in Crucis formam sunt componẽda ex Synodo.6.Trullana cã. 102.*

15 Sicut in Missa vno tantum præsente, dicitur *Misereatur vestri:* ita etiam vni tantum cõmunicaturo; dici debet *vestri, vestris.*

16 Tenet Sacerdos particulam duobus digitis, paululum eleuatã supra patenam seu pyxidem, ita tamen vt dextra manus adhæreat patenæ seu pyxidi; neque nimiũ eleuetur particula super pyxidẽ

17 Verba autem hæc, *Domine. non sum dignus*, dicũtur à Sacerdote, integrè, clara voce, & semper in genere masculino.

18 A solo Sacerdote sumi debet hostia semel exposita solemniter, post calicis sumptionem.

19 In Missis defunctor. non esset distribuenda Eucharistia, sed si distribuatur post sumptionem sanguinis non debet dari benedictio.

20 Si in fundo calicis, vnitæ vini

vini species ad huc reperiantur post distributionem Eucharistiæ, sumi poterunt ante vini infusionem in calicem.

21 Si inaltari rem aneat particulæ vsque ad finem Missæ genuflectat Sacerdos quoties accedit, vel recedit à medio, vel transit ante Sacramentum; & cùm dicit *Dominus vobiscum*, nõ vertit se ad populũ in medio altaris, sed paululò propè cornu Euang. ne terga vertat Sacramento: & in fine, ibidem dabit benedictionem non perficiens circulum. Calix quoque in hoc casu, non erit collocandus in medio altaris, sed à latere Euangelij; neque plicabitur corporale, nisi reposito Sacramento in locum suum post Missam. Deniq; dũ dicit Euangeliũ S. Ioannis in fine Missæ non signat altare, sed seipsum tantùm. Dixi tantùm *non signat altare*, quia si adsit charta, vel Missale, vtrumuis signare debet.

22 Quid

22 Quid verò agendum à Sacerdote si fragmēta supersint, seu paucæ particulæ, peracta communione? Sacerdos eas sumat, dummodò pertineant ad eamdem Missam. Quod constat ex tit. 7. num. 2. de defectibus.

23 Accidit etiam quòd pyxis intra Missam sit purificanda, & eo casu purificabitur ante calicis purificationem, collectis nimirum in eius fundo fragmentis omnibus diligentissimè, cū indice dextræ manus, & cum eodem indice sumi poterunt, admoto eodem linguę, vel ad labium pyxidis fragmētis deductis, & ore eidem admoto, ita vt nullū remaneat fragmentum. Deinde infundi potest paululum vini, quo circumacto intrà pyxidem, & tergente indice, tota pars interior abstergatur, quo hausto exsiccabitur pyxis interior vndequaque purificatorio. Non debet deindè vacua pyxis tegi velo, sed panno lineo

tur; Laicis verò datur per instrumentum osculatum ab eo qui pacem à celebrante immediatè accepit.

28 Ordo dandi pacem est idem qui de incensatione, sed per instrumentum datur singulis laicis: per osculum, primo cuiusque ordinis, à Subdiacon. illis laicis quos Diaconus incensauit; ab Acolytho laicis alijs. Numquam verò à Diacono alicui datur, ne quidem domino loci ex decr. Sac. Rit. Cong. 5. Iul. 1614. Neque datur vnquam cum patena vicæ tabellæ, seu instrumenti: quod prohibuit Pius Quintus.

29 Subdiaconus ministrans ampullas non omittat osculationes & reuerentias debitas.

Acolythorum alter defert sine genuflexione ampullas ad altare, cum peluicula, quas porriget sine osculis Subd. & referet ad credentiam alter portabit velũ paruũ de credentia ad altare, in cornu Euãgelij,

gelij, vt Subdiaconus eo deinde tegat calicem.

31 Si non redierit Subdiaconus suppleat Acolythus in ministrandis ampullis pro calicis purificatione: quamuis in meditatione SS. Sacramenti, eam poterit celebrans adhibere moram, qua Subdiaconus redire queat ampullas ministraturus.

32 Si fiat communio in Missa solemni, Diaconus cooperto calice, cum palla, eòque posito paulò vltra medium corporalis, intra aram tamen versus cornu Euangelij: collocat in medio corporalis pyxidem. Quòd si extrahenda sit de tabernaculo, Diaconus extrahat cum genuflexionibus ante & post, genuflexo interim celebrante, & alijs circa altare.

Diaconus in cornu Epistolæ stans, profundè tamen inclinatus dicit alta voce. *Confiteor*, manibus iunctis. Celebrans, postquam Diaconus discooperuerit pyxidem,

stat

ſtat in medio altaris, facie verſa ad Diaconum; Subdiaconus item poſt celebrantem ſtabit; qui dicto *Confiteor*, eodem loco ſtans dicit, *Miſereatur*, & *Indulgentiam*, propè medium altaris, facie item verſa ad Diaconum, qui reſpondebit *Amen*. Acolythi intereà ante medium altaris, in ſuperiori gradu genuflexi facie ſibi inuicem verſa; Diacono verò & Subdiacono ante linteum genuflexis (ſi ſint communicandi) celebrans cum debitis genuflexionibus eos communicat præmiſſis verbis, *Ecce Agnus Dei*, & *Domine non ſum dignus* cum reliquis cæremonijs, vt in Miſſa priuata. Qui geſtant intortitia, ſubſtituant ſibi alios donec communicauerint, neque accedant cum intortitijs ad celebrantem pro communione. Dum alios celebrans communicat, Subdiaconus ſtat à ſiniſtris celebrantis Diaconus in cornu

Epi-

*De Communibus Orat. Tit. 11.*

1 SAcerdos manu dextra claudit librum, ita vt pars libri clausa calicem respiciat.

2 Calix non traditur Cæremoniario, à quo neque comitatur in hoc casu Subdiaconus, qui tamen vadit, & redit per breuiorem viam, vt adsit ad orationem post Diac. in loco suo.

3 Celebrans dictis orationibus non claudit librum, sicut è principio non aperuit, sed hoc relinquit Diacono, vel Cæremoniario.

4 Antequam Diaconus vertat se dicturus, *Ite Missa est*, genuflectat versus altare; & postquam dixerit, redeat eodem modo quo celebrans, & vna simul cum eo. Nota quod celebrans nõ debet dicere submissa voce: *Ite Missa est.*

*De benedictione in fine Missæ, & Euang. S. Ioan. Tit. 12.*

1 SOli Episcopi & his maiores (& Abbates, qui vtuntur Pontificalibus) ter populo benedicunt.

bro claudit dextra, ita vt pars aperta libri respiciat cornu Euangelij, non calicem

3 Regula generalis. Confessio osculum Euangelij, & benedictio se inuicem consequuntur respectu Prælatorum.

4 Extinguuntur candelæ primò in cornu Euangelij, deinde in cornu Epistolæ, vt statim Minister possit missale accipere cum birreto Sacerdotis sed non debent extingui, nisi post finitum Euangelium.

5 Caput apertum inclinat Sacerdos cum descenderit in planum capellæ, & coram tabernaculo Sacramenti, genuflectit capite aperto. Quod declarauit Sac.Rit.Cong.28.Aug. 1627.

6 Vestibus se exuit ordine retrogado, nimirum priùs casulam deponit, deinde stolam, tum manipulum, exinde alia: & quæ à principio osculatus est, nunc eadem exuendo se, osculetur in

crucem, aut versus Sacramentũ, quod multi perperam faciunt, nisi expositum sit Sacramentum.

10 Cum discedunt (Acoythis præeuntibus cum candelabris) procedũt cooperto capite Ministri post debitam reuerentiam altari factam, vt initio Missæ, vnus post alium manibus iunctis.

11 In sacristia, reuerentia facta imagini ab omnibus: & celebranti, à Ministris; deponunt omnes paramenta.

*De his quæ omittuntur in Miss. pro defunct. Tit. 13.*

1 PSalmi cum precibus dici solitis pro præparatione Sacerdotis ante Missam omitti possunt: non autem omitti debent oscula crucis in amictu, manipulo, & stola induendis.

2 Quando celebrans incipit introitum, dextra signat librum sinistra super Missali posita.

3 Minister non osculatur ampullas quas celebranti porrigit.

4 Si detur communio intra Missam nulla datur benedictio, nisi ab Episcopis vbi moris est,

5 Credentia vel nulla vel simplex cum linteo breui & candelis accensis.

6 Ad oblationem solus celebrans incensatur, non alij.

7 Subdiaconus ministrat a sinistris celebranti, in oblatorum incensatione; & in ablutione manuum, cum Diacono ministrat mappam ad tergendas celebrantis manus.

8 *Cum Subdiaconus non teneat patenam, debet incensare Sacramentum in eiusdem eleuatione, & statim surgere vt stet in medio in suo loco.*

9 Omittuntur oscula omnia in Missis defunct. tam manus celebrantis, quam rei quæ traditur.

10 *Dũ celebrans deponit manipulũ pro absolutione facienda, deponunt & Ministri, ut in casu simil. tradit Carem. Ep. li. 2. c. 17.*

Dum

11 Dum Subdiaconus defert crucem, defert ſicut in proceſſionibus, id eſt ita vt imago Crucifixi terga vertat eidem Subdiacono, & Clero ſequenti.

12 Thuriferarius & alter Acolythus qui defert aquam benedictam, præcedunt & crucem & alios Acolythos deferentes candelabra.

13 *Thus & aqua benedicta, in exequijs ſunt correlatiua Sed thuris benedictio fit hoc loco more ſolito dicendo. Ab illo benedicaris.*

14 Dum deſcendit celebrans de altari habeat birretum in capite, deinde capite detecto ſe ſiſtat inter altare & tumulum, ſeu lecticam mortuorum, abſente corpore Subdiaconus contra altare id eſt facie verſa ad altare, ad pedes lecticæ, ſeu tumuli. Præſente verò corpore ſeruetur Rituale Romanum de exequijs, pro vario defunct. ſitu; Non enim ad caput lecticæ imaginariũ de-

## DE HIS QVÆ ADDENDA *sunt in Missa, quæ celebratur ad altare, in quo expositum est SS. Sacramentum.*

## APPENDIX.

1 IN primis illud notandũ est, quod pro exponendo Sacramento in altari pro initio quadraginta horarum, cantari debet Missa votiua de Sacramẽto (nisi infra octauam eiusdem, quia tunc festiua dicitur) cum *Gloria*, vnica oratione. *Credo*, & præfatione de Natiuitate. Si verò accidat in festo primæ, vel secundæ classis, vel in Dominica priuilegiata, in Collegiatis cantantur duæ Missæ vna de festo, alia de Sacramento, vel dicitur Missa de festo aut Dominica cum oratione SS. Sacramenti.

2 In ingressu Sacerdotis ad altare in quo patet Sacramentum, Ministri omnes cum celebrãte de-

bent genuflectere in plano capellæ vtroque genu. Facta verò confessione, ascendunt ad altare, vbi deinceps genuflectunt vnico genu, vt expeditiores sint; & celebrans dicit, *Oramus tè Domine*, vt aliàs.

3 Incensatio altaris fit de more, stante Sacerdote, dum benedicit incensũ; quod de more benedicitur, quia altare & celebrans etiam thurificari debent. Pro cruce quæ adesse non debet, incensatur Sacramentum a celebrante super altiorem altaris gradum cum Ministri genuflexo; neque Diaconus osculari quidquam debet in hac missa, quod tradi debeat celebranti; neque manus celebrantis in traditione rerum ob apertam præsentiã Sacramẽti. Inclinat autẽ celebrans genuflexus caput suum profundè, ante & post incensationem Sacramẽti.

4 Cum incensandus est celebrans, reddito thuribulo in cornu

nu Epiſtolæ, vt mos eſt, deſcendit, & ſiſtit ſe apud idē cornu, facie verſa ad populũ, aduertens ne dum mouet ſe, terga vertat Sacramento; & ibi à Diacono è contrà ſtante in plano capellæ, incenſatur. Quod erit obſeruandum in altera incenſatione ad Offertorium, & ibidem lauabit manus.

5 Accedens ad medium altaris, & recedens à medio, vel tranſiens ante medium toties quoties, ſemper genuflectit celebrans vnico genu, quod & Miniſtri obſeruent.

6 Conuertens ſe ad populum dicturus, *Dominus vobiſcum*, ſeu alia, facta genuflexione poſt oſculum altaris, ſiſtit ſe renibus verſis ad Euangelij cornu; tum facta iterum genuflexione in medio, redit ad librum, ſeu altare.

7 Diaconus & Subd. non omittunt tamen oſculũ manus ce-

12 In fine Missæ recidit cum Ministris ab altari, cum genuflexione in plano Capellæ vtroque genu facta, vel si facienda est processio, pro fine orationis publicę, facta propè altare genuflexione in medio, descendit extra cornu Epistolę, vbi depositis manipulis à se & à Ministris cũ casula, induit celebrans piuuiale, & cętera facit, quæ ad processionem spectant: quibus adde incensandum esse priùs Sacramentum quàm deponatur de loco suo super altare.

13 In Missis priuatis, eadẽ seruari debent, demptis ijs quę sunt propria Missæ solemnis neque debet omitti illud, quod præscribitur de manuum ablutione, extra altare.

Hic finem habes secundæ partis Rubricarum.

# PARS TERTIA

Rubricarum, quæ defectibus in celebratione occurrentibus, remedia adhibet, titulis decem.

## *De Defectibus in genere.*

## TITVLIS I.

Optima est diuisio in defectus substantiales, & in accidentales. Substātiales in tribus contingunt, vel in materia, vel in forma, vel in intētione Ministri. Accidētales multi esse possunt neque ad certum numerum possunt reduci.

## *De defectibus materia.*

## *Tit.* 2.

Requiritur, vt panis sit triticeus, vinum de vite, materia præsens moraliter.

*De defectu panis.*

*Tit. 3.*

1 VBi maior est quantitas alterius grani, quàm tritici, non censetur panis triticeus.

2 In fermentato numquam licet apud latinos consecrare etiãsi vrgeat necessitas alicuius, in mortis articulo. Suar. *sect. 3. in fine. Vnum verò.*

3 Si panis cæperit corrumpi, conficiens grauiter peccat.*

4 Si celebrans ante consecrationem aduerterit hostiam esse corruptã, aut non triticeam, remota illa, aliam ponat, & facta oblatione saltem mente concepta, prosequetur ab eo loco, vbi desijt, ex quo non est necesse eam eleuare ante oculos super patenam, neq; facere cum ea, vel super eam signum Crucis, sed eam simpliciter deponat super corporale, si id aduerterit inter oblationẽ calicis, & consecrationem; si post consecrationem, imò post sumptionem

nem

ratò consecretur.

## De defectu vini.

### Tit. 4.

1 SI vinum sit factum penitus acetum, aut de vuis acerbis, seu non maturis expressum non conficitur Sacramentum.

2 Vinum ex aqua miraculosũ, est apta materia: imò vinum congelatum, dumodò possit resolui adhibitis pannis calidis.

3 Si vinum cœperit acescere, fit Sacramentũ cum peccato tamen S.Th. sup. ad. 2. Si sit mustum de vuis tunc expressũ, ex necessitate conceditur, sed abstinendum est omnino ob irreuerẽtiam & indecẽtiam. *Suar. loco cit. disp, 45. sect.* 1 Si nõ sit admixta aqua, vel admixta rosacea, aut alia huiusmodi fit Sacramentum, sed cum peccato. *S. Tho. qu. 74. a 7. ad 3.*

4 Si ante consecrationem sanguinis, aduertat aut vinum, aut aquã deesse, aut vtrumque debet statim apponere vinum cum aqua:

qua: & facta oblatione vt supra, cõsecrare incipiendo ab illis verbis, *Simili modo:* Si post verba cõsecrationis aduertat vinum non fuisse positum, sed aquã: deposita aqua in aliquo vase, iterùm vinũ cum aqua ponat in calice, & consecret vt suprà; si post sumptionẽ corporis, vel huiusmodi aquæ, apponat aliam hostiam iterum consecrandam, & vinum cum aqua in calice, offerat vtrumque, & consecret, & sumat, licèt non sit ieiunus. Vel sit celebretur in publico, ad euitandum scandalum, poterit apponere vinum cum aqua, & facta oblatione vt supra, cõsecrare, ac statim sumere

5 Si quis percipiat ante vel post consecrationem, vinum esse acetum, vel aliàs corruptum, idem faciat. Eadem est ratio deficientis materiæ, ad sacrificium integrum Si tamen Sacerdos pergat in missa, & ex ignorantia, vel inopinati casus perturbatione nõ obseruet,

uet, non per hoc mortaliter peccat. Ita Sà, verbo, Miſſa num. 31.

6 Si celebrans ante conſecrationem aduertat non fuiſſe appoſitam aquam, ſtatim ponat eã, benedicendo de more; tũ proferat verba conſecrationis; ſi poſt conſecrationem id aduertat, nullo modo apponat, ne ſequatur corruptio Sacram. pro aliqua parte.

7 Si materia quæ eſſet apponenda, nullo modo poſſet haberi; ſi id ſit ante conſecrationem corporis, vlterius procedi non debet; ſi poſt conſecrationem panis, aut etiã vini deprehenditur defectus alterius ſpeciei, altera iam conſecrata: tunc procedendũ erit, & miſſa abſoluenda; ita tamen, vt prætermittantur verba & ſigna quæ pertinent ad materiam deficientẽ. Dixi ſi nullo modo haberi poſſit, quod intellige moraliter. Si enim difficilimo modo haberi poſſit, & notabilis inde oriretur offenſio populi, Miſſa

erit

quod non eſt inceptum: & obligat tunc præceptum de non ſacrificãdo, fracto ieiunio. Ita *Suar. 3. p. diſ. 85. ſect. 1. n. ſecundo.*

*De defectu Miniſtri.*

*Tit. 6.*

EX parte Miniſtri requiruntur quinq. Intentio animæ corporis, & veſtimẽtorũ diſpoſitio, tũ diſpoſitio in miniſterio quo ad occurrẽtia. Defectus circa intentionem eſt eſſentialis circa reliqua verò, eſt accidentalis tantum.

*De defectu intentionis.*

*Tit. 7.*

1 SI quis deluſoriè profert verba conſecrationis, non intẽdens conficere, enormiſſimum patrat ſacrilegium: & ſi fictionis pœniteat ante ſumptionem, poteſt reſumere formam, non ex vi præcepti perficiendi ſacrificium, quod nondum inceptum eſt; ſed ex vi præcepti non fingendi falſum in hoc miniſterio, & conſequenter non perſeuerandi in fictione, nec

ſu-

sumendi potum & cibum per modum Sacramenti, quod non est; nec dandi alijs occasionem adorandi merum panem & vinum Post sumptionem vero ficti Sacramenti, seruetur quod diximus supra ex *Suar. tit. 5. prae.*

2 Si Sacerdos putans se tenere vnam hostiam, post consecrationem inuenerit fuisse duas simul iunctas, sumat vtranque. Ratio est, quia ambæ sunt consecratæ, cum illud *Putans*, dicat tantum priuatam deceptionem, quæ non tollit intentionem debitam quæ esse debet, & moraliter est circa hanc præsentem materiam. Ita Suar *disp. 43 sect. 6.*

3 Si relicta sit hostia integra consecrata, eam in tabernaculo reponat. Si id fieri nequit, Sacerdoti ibidem celebraturo sumendam relinquant, decenter opertam super corporale: si neutrum horum fieri potest, in ipso calice seu patena conseruet, quo-

vsque

vſque vel in tabernaculo reponatur, vel ab altero ſumatur; quod ſi non habeat quomodo honeſtè conſeruet, poteſt eam ipſemet ſumere.

4 Virtualis intentio ſufficit, quæ eſt illa quam habet Sacerdos, cum accedens ad altare intendit facere quod facit Eccleſia. Quod hic dicitur de materia ordinaria conſecranda, in Miſſa, intellige etiam quando plures particulæ ponuntur a celebrante (vel ab alio ipſo ſciente) ſuper altare vt conſecrentur, & in actuali conſecratione, non recordatur illarum Sacerdos. ſed eius tantum quam habet præ manibus: tunc enim omnes ſunt conſecratæ. *Nauar. c.25. nu.* 91. Debent tamen eſſe præſentes intra aram, non extra eam inquit *Suar. diſput.* 43. *ſect.* 6. Alias non æſtimaret illas conſecratas eſſe: ſicut etiam exiſtimat id totum in calice conſecratum eſſe, quod per

mo

uiſſimè. Et valor ille Miſſę, qui eſt ex parte precum Eccleſiæ, omninò perditur, *ex S. Tho. p. 3. q. 82. ar. 7. ad. 3.* Quod ſi immineat mortis infamiæ, aut ſcandali periculum, poterunt prædicti cum contritione celebrare, ita *Azor. lib. 10. c. 31. q. 6.*

2 In duobus caſibus licet ſine confeſſione celebrare, vrgente neceſſitate, & quando de eſt copia Confeſſoris. Neceſſitas autem vrgens in his caſibus erit; primo abſoluendi inchoatum iam ſacrificium vt perficiatur. Item neceſſitas alterius in periculo mortis exiſtentis, pro quo communicando, facienda eſt Miſſa. Item ſi omittendo Miſsam, ſcandalum oriretur: dico *Scandalum*, non autem quædam populi admiratio, quæ ſola non ſufficit. Item quando tenetur ex officio ſacrū facere, quā præſertim cauſā indicat *Tridentinum, ſeſs. 13. cap. 4. can. 11.* neceſſitas igitur debet atten-

attendi, non commoditas.

4 Inopia vero Confessoris dicitur esse quando verè non adest, qui absoluere a peccato mortali possit, quo reus est Sacerdos celebraturus; vel longius ab est, quam adiri cōmode queat. Item quando etsi Confessor adsit timetur verè de eo quod ob non seruatū sigillum, aut aliam ob causam graue damnum sequeretur celebraturo, tamen confiteatur alia peccata, tacito tantum eo, in quo est periculum; sicut etiam idem facere debet, si reseruatū casum habeat, neque adire potest Episcopum, neque obtinere absolutionem. Sed in ijs casibus necessaria est contritio.

5 Si autē post inchoatam Missam recordetur Sacerdos se esse in peccato mortali, confiteatur, etsi oporteat exui sacris vestibus citra scandalum intellige, si Missa est inchoata, & facilè potest cōfessor accedere ad altare, fiat. Verùm

San-

*S.Thom.q.83.ar.6.ad 2.* dicit tutius esse relinquere Missam, maximè in casu excom. vbi tamen indicat non esse præceptum, sed consilium deserere inceptam Missam, dum dicit *tutius esse*. & S. Bonauentura negat deserendam Missam, negatque etiam teneri Sacerdotem discedere ab altari, vt confiteatur: debet autem cum primum poterit, confiteri, ex Tridentino supra.

*De defectibus dispositionis Corporis. Tit. 9.*

1 NOn ieiunus post mediam noctem etiam post sumptionem solius aquæ, vel alterius potus aut cibi per modum etiam medicinæ, & in quantumcumq; modicissima quantitate, non potest communicare, nec celebrare.

2 Si reliquiæ cibi remanentes in ore transglutiantur non impediunt communionem, dummodo non transglutiantur per modum

 cibi,

cibi, sed per modum saliuæ: idem dicendum si lauando os, deglutiatur stilla aquæ, præter intentionē. Sed quantitas aquæ (vel vini, si lauet os vino) ita parua esse debet, vt permisceatur saliuæ inseparabiliter, ita *S. Thom. 3. p. q.* 80. *art.* 8. *ad.* 4. Notat *Suar. disp.* 68. *sect.* 4. Necessarium esse, vt manducatio præcesserit mediam noctem, nam Si aduertat Sacerdos post mediam noctem in ore reliquias cibi habere & eas ex certa scientia deglutiat, violat ieiunium naturæ, necessarium ad Communionem; quod tamen Tabien. verbo *Communionem* reijcit, vt scrupulosum.

3 Duo tamen non ieiuno *Sacerdoti* conceduntur. Primum vt possit sumere particulas siue à se, siue ab alio consecratas, si nequeant conseruari, sine maiori irreuerentia. Et licet multo tempore se detinuerit Sacerdos, in distribuenda Eucharistia, potest adhuc tamen

men reliquias ſumere ,& vaſa purificare , ſi diſtribuat coniunctim cum Miſſa . Alterum eſt ad ſupplendum ſacrificium . Concedit *Tol.lib.2.cap.1.num.2.*celebrationem illi qui omninò immemor cibi ſumpti aut potus, recordatur deinde poſt conſecrationem ſe non eſſe ieiunum, imò etiam ante ſi ſcandalum immineat.

4 Si plures Miſſas in vna die celebret , in vnaquaque abluat digitos , in aliquo , vaſe mundo & in vltima tantùm percipiat purificationem ; prohibemur in priori Miſſa ſumere calicis ablutionem ; quamuis non ſumi ſoleat ob nutritionem. Quare ſi in prima ſumitur ablutio, frãgitur ieiunium , & alia Miſſa celebrari non poteſt .

5 *In aliquo vaſe mundo debent ablui digiti , non in calice Miſſæ ne vinum ablutionis ſit deinde materia conſecrationis .* Cæterum hæc ablutio digitorum , ſi

non sumatur a celebrante in tertia Missa, sumi debet ab alio, qui sit ieiunus, vel in Sacrarium funden da erit. Quod etiam nota pro ablutione digitorum quæ fieri debet in Communione populi extra Missam.

*De defectibus in ministerio occurrentibus.* Tit. 10.

1 NVmerantur in hac rubrica, nu. primo, quatuordecim casus grauiores, in quibus vt plurimum accidit peccatum mortale, si fiat contra regulas, hoc loco significatas, de quibus supra egimus, prima parte tit. 20 & 2. part. tit 1. & 2. nisi excuset ignorantia vel obliuio.

2 De rebus an sint benedictæ, necne, non tenetur semper Sacerdos interrogare, quæ vero non sunt vsui amplius, comburantur.

3 Si Sacerdote celebrante violetur Ecclesia ante Canonem., dimittatur Missa; si post, non dimittatur

tatur. Si timeatur incursus hostium, vel alluuionis, vel ruina loci vbi celebratur: ante consecrationem dimittatur Missa, post verò omissis omnibus alijs, acceleret sumptionem Sacramenti.

4 Si Sacerdos ante consecrationem, grauiter infirmetur, vel in syncopen inciderit, aut moriatur prætermittitur Missa: si post consecrationem vel alterius, vel vtriusq; speciei, per aliũ expleatur ab eo loco vbi ille desijt, & in casu necessitatis, etiam per non ieiunum: Si prior inchoauerit tantummodo formam sanguinis alter eandem integram proferet: si vero nesciatur vbi desierit, incipiatur a, *simili modo*, vel si consecrauit vtramque, speciem, incipiatur ab *vnde & memores*: si dubitatur de consecratione hostiæ, incipiatur a Canone, & sub conditione mente retenta consecret, vel aliam (quod melius est) consecret, & priorem sumat

post sum[pti]onem sanguinis.

Non tantum non ieiunus potest explere hanc Missam, sed etiam excommunicatus & irregularis dummodò cesset scandalum.

5 Si Sacerdos huiusmodi infirmus possit communicare, & non sit alia hostia consecrata, ille qui supplet Missam, diuidat hostiam, & partem præbeat infirmo.

6 Si semiprolata forma Corporis obijt Sacerdos, Missa non debet suppleri, quia nulla est consecratio.

7 Si semiprolata forma sanguinis, alter prosequatur Missam, & super eundem calicem repetat integram formam incipiendo à *simili modo*: vel posset super alium calicem præparatum integram formam proferre, & hostiam primi Sacerdotis, & sanguinem à se consecratum sumere, ac deinde calicem semiconsecratum ante absolutionẽ, qui calix super quo semiprolata fuit forma sanguinis ado-

adorandus est sub conditione.

8 Dato nouo casu quòd obierit post sumptionem hostiæ tantum, tunc alter sumat tantum sanguinem qui remansit.

9 Si quis extra casus necessitatis prædictos, vtrasque species non sumpserit, grauissimè peccat.

10 Species à fulmine tactę venenatę censentur, & ideò licet earum sumptionem omittere, & alias consecrare earum loco.

11 Si post oblationem hostia appareat notabiliter fracta, altera substituatur (facta oblatione illius) sed post ablutionem, prior iam oblata sumatur.

12 Si hostia dilabatur in calicem nihil est reiterandum.

Quod si non fuerit madefacta sanguine, signa consueta fieri debent, cum parte non madefacta; sed si tota fuerit madefacta, omnia sunt quidem dicenda, sed omittenda signa, & sumendæ

vtraque species signando se cum calice, & dicendo *Corpus & sanguis Domini nostri, &c*

13 Si sanguis congeleretur, debet liquefieri adhibitis pannis calefactis, vel aqua feruenti, dummodo in calicem non intret aqua: quod si nullo ex his modis possit liquefieri, poterit digitis cōminui & in particulas redigi, vt sumi possit, vt docet *Suar. disp.* 85. *sect.* 1. *verbo, Tertio*.

14 Si aliquid de Christi sanguine ceciderit, primo seruentur quæ rubrica præscribit hoc titulo. num. 2. Secundò aduertendum est, multa esse antiquata per hanc rubricam, ex ijs, quæ Pius hac de re statuerat: cuiusmodi sunt abscissio vestium, & cumbustio: intra altare combustorum repositio, sumptio lotionis. Pœnæ quoque non sunt in vsu: sed imponendæ sūt à superiore, nec vllam tenetur Sacerdos subire, nisi impositam. Tertio, aliqua adduntur in rubri-

ca de quibus Pius non meminit, vt quando cadit super vestes Sacerdotis, pannum, & tapete substratum, nempe quod hæc debeant ablui, & lotio in Sacrarium proijci. Quod si cadat sanguis super barbam, barba debet pluries ablui, & lotio in sacrarium proijci.

15 Si Sacerdos euomat Eucharistiam, si species Sacramentales integræ; vel aliqua particula haberi possunt, reuerenter seruentur, vel sumantur (nisi nauseat fiat) & similiter fiat si à mure sumantur, aut ex Eucharistia vermes generentur: ea verò quæ tales species contigerunt, vel comburenda, vel purificanda sunt.

16 Accidere potest casus, in quo vomitus potest esse, licite voluntarius, nempe quando monitus est Sacerdos de speciebus à se sumptis quòd sint venenatæ.

17 In casu dubio hostiæ consecratæ, quæ reperitur apud veneficum, seu sacrilegum, aut circa

altare vbi proximè fuit celebratum, aut quando particula, patenę parti posteriori ita fixè hæret, vt subeat suspicio de consecratis in præcedenti Missa particulis, eam vnā esse, posse in his casibus nulla solēnitas est adhibēda luminariū, se huiusmodi hostia addoranda erit sub conditione, reseruanda, & sumenda in aliqua Missa ante calicis ablutionem. Quòd si forte talis sit vt nauseam pariat, seruanda est decenter, donec corrumpantur species, & comburantur.

18 Si fragmentum consecratæ hostiæ ita paruum sit, vt nequeat discerni, ceciderit super linteum aliquod, pluries lauetur linteum eiusmodi, sed non est necesse quod cumburatur.

19 Si Sacerdos omittit aliquid de rubricis primi ordinis vt *Gloria in excelsis*, *Credo Commemorationem de sancto, & eiusmodi* & recordetur in progressu Missæ, non debet repetere; nec regredi,

com-

commemorationem autem de Sancto debet addere inter orationes secretas, & postcomm. licèt inter collectar eam omiserit. Si verò aliquid omittat de rubricis secundi ordinis, quæ respiciunt ritum seruandum in celebratione Missæ, de suo genere mortale est, nisi leuitas materiæ, aut inaduertentia excuset: quia Concilium Triden. sess. 22. & Pius V. in Bulla Missalis expresśè præcipiunt obseruari ritus huiusmodi. Grauiùs autem est si quid addatur quam si omittatur. *Ita Suar. disp. 84. sect. 2.*

20 Non facit contra rubr. qui officium recitans aliud, Missam deinde dicit more Ecclesiæ in qua celebrat, vbi fortè dicitur *Credo*, vel, *Gloria*, quæ nõ dicuntur extra eam, imò tenetur celebrare ibidẽ pro ratione festi. Intellige tamen quæ dicimus de Missa pro omnibus approbata: nam Missæ certis Regularibus concessæ tan-

tùm, puta de Sanctis Ordinis eorum, aut alijs quæ non habentur in Missali Roman. non possunt ab alijs dici, nec etiam in ipsorummet Regularium Ecclesijs, ex decr. Sacr. Rit. Cong. 19. Nouembr. 1622. Neque à Capellanis [secularibus proprijs in Ecclesijs Monialium] quæ Romano non vtuntur Breuiario. Quo casu Missam quidem proprij Capellani, recitabunt de Sancto, de quo Moniales officium, sed cum Miss. Roman. vt in proprio, vel in communi Sanctorum, eadem Sacror. Rit. Congreg. ita decreuit 20. Nouembris 1628. Si nulla est Missa in Miss. Roman. quæ concordet cum Officio Monialium, puta de nomine Iesu, de spinea corona & similibus, eo casu Missam de circumcisione Domini, seu Missam de Cruce, vel passione recitare poterunt.

20 Quòd si quis adderet, vel detraheret ex Cæremonijs, etiam

de,

deuotionis causa, præsumens id esse melius, tunc peccaret mortaliter: quia in bulla Pij V. dicitur *ne præsumant. Ita Molina in instruct. Sacerd. tract.3.cap.11.§.vltimo.*

21 Si inchoata Missa veniat Episcopus, aut eo maior, aut princeps, neque alia Missa celebrari possit; si ante consecrationem veniant, poterit Missa repeti a capite, quod idem potest fieri etiam vltra primam vicem, si maior caussa superueniat.

22 Missa potest interrumpi, & discontinuari, ob aliquam caussam, puta concionem, publicationes edictorum quæ fiunt a parochis, vel ad confessionem audiendam moribundi, custodita si opus est interim ab alio Eucharistia, vel ad vngendum infirmum, cui nullum aliud Sacramentum ministrari potest, non autem interrumpi debet paulò ante communionem, vt Sacerdos audiat apud

apud altare, etiam breuem confessionem alicuius communicaturi.

23 Accidit aliquando, in Missæ ministerio offerri Sacerdoti particulam consecrandam pro communicando laico, oblatione iam facta, quo casu potest consecrari, oblatione eiusdem mente concepta: non tamen remotiùs ab oblatione hostiæ, puta iam cœpta præfatione, sed eo casu si necessitas adsit poterit dari laico pars hostiæ consecratæ. *Ita Suar. 3. part. disput. 65. sect.* 2. cum Paulud. & Siluestro, quos ibidem citat.

---

# APPENDICES

*De rubricis præceptiuis & directiuis.*

## APPENDIX I.

RVbricæ præceptiuæ obligant sub mortali; directiuæ

non

non item, nisi ex contemptu omittantur.

1 Quando in rubricis habetur hæc vox *grauissimè*, seu *grauiter peccat*, certissimum est, significari peccatum mortale, seclusa obliuione, ignorantia inculpabili, & inaduertentia, quæ culpam diminuunt. Septies autem habetur, cùm de defectibus Missæ agitur 1. Si non in azymo conficiatur Sacramentum in Ecclesia latina. 2. Si vinum cæperit acescere, vel corrumpi, vel fuerit aliquantùm acre, vel mustum de vuis tunc expressum, vel si sine aqua, aut cum aqua non naturali fiat sacrificium. 3. Si in forma adderet aliquid celebrans, quod significationem non mutaret. 4. Si celebret suspensus, excommunicatus, degradatus, irregularis, vel quomodocumque canonicè impeditus. 5. Si celebret in peccato habens copiam Confessoris. 6. Si non habens copiam Confessoris, sine contri-

tritione in peccato mortali celebrat.7. Si integra Sacramenta non sumpserit extra casus a rubrica Missalis concessos hac parte tertia, tit.10.num.4.

2 Quando materia rubricę pertinet ad integritatem Sacramenti, seu sacrificij, eius omissio est peccatum mortale. Eiusmodi sunt quæ de pane, vino, aqua, intentione, forma, sumptione vtriusque speciei, sunt præscripta, quæ omnia sub mortali sunt obseruanda. In forma quoque, illud *enim*, non potest sine peccato mortali voluntariè omitti.

3 Hæ rubricæ sunt præceptiuæ, in quibus concordant Doctores, eas esse de re graui, vt de loco celebrandi non prohibito de ara consecrata, de lumine, de hora celebrandi, de dispositione animæ, & corporis, ieiunio scilicet a peccato mortali, & a cibo, de ministro, de Missali lib. de calice, patena, corporali, & palla de Canone,

in.

integrè & ſecretè recitando, de prima purificatione cum vino, de numero, munditia, integritate, & benedictione veſtium Sacerdotalium.

4 Rubricæ quædam ſunt ſtrictioris iuris, in Miſſis conuentualibus Eccleſiarum Cathedralium & Collegiatarum; quia æquiparantur horis canonicis, imò verò ſunt horarum quaſi finis ad quem diriguntur horæ. Eiuſmodi eſt; rubrica de concordia Miſſæ conuentualis cum officio. Inter Collegiatas autem adhuc eſt diſparitas, nam Collegiatæ regulares tenentur ad horas canonicas & Miſsam in choro, ex vi regulæ tantum, & conſuetudinis interpretantis regulas. At ſeculares Canonici tenentur ex ſtipendio ad leges pontificias in choro ſeruandas.

5 Propè preceptiuæ ſunt eę rubricę, de quibus diſputant Doctores an obligent ſub mortali; cuiuſ modi

modi sunt de Matutino & Laudibus ante Missam, de mappis tribus, de luminaribus cereis.

6 Dubiæ sunt Reliquæ, de principio auroræ, & fine meridiei, de Cruce in altari, de pedibus calceandis, de veste talari, de pileoli vsu à quo concedatur extra canonem, de rationibus ante Missam, ad vestes, & post Missam, de Missa priuata ad arbitrium sine causa, de Missa non approbata, nisi pro quibusdam Ecclesijs, de votiua, vel de requiem, in festo duplici, & diebus prohibitis, de orationibus additis secretò dicendis ex deuotione celebrantis, in quibus omnibus, Doctoribus vtrinque disputantibus, rubricis tamen magis adhærendum videtur.

7 Illa rubrica est de re grauissima, quæ habetur *p 1. tit. 3. n. 1.* nimirum. *In ferijs quadragesima, quatuor temporum, & vigiliarum si duplex, aut semiduplex festum, vel dies octaua occurrat, in*

Ec-

*Ecclesiis Cathedralibus, & Collegiatis, cantantur duæ Missæ.* Et nota quod ambæ cantari debent Choro præsente, nec sufficit, si altera dicatur priuatim, absente Choro. Quod ita strictè obseruandum censet Sacra Rituum Congregatio, vt die 16. Maij 1626. decreuerit non posse omitti alteram ex duabus Missis cantandis, ob celebrationem Capituli. Canonicorum: & iterum, hoc idem die 16. Januar. 1627. asseruerit, ne duæ Missæ, etiam ex necessaria negotiorum causa & Capitulari omittantur. Sed rubrica non obligat Collegiatas Regularium, vbi nulli sunt Canonici, sed Collegiatas tantum Canonicorum.

8 Reliquæ Rubricæ sunt directiuæ tantum, & non obligant sub mortali, nisi sequatur contemptus aut scandalum.

*De Missarum oneribus.*

Missarum onera ad 5. reuocari possunt.

Loci,

Ratione
- Loci,
- Temporis,
- Ritus,
- Officij, aut beneficij,
- Stipendij.

1 R*Atione Loci*; tenetur Sacerdos sacrum facere in certo altari non impeditus legitimè, si testator, aut alius, locum celebrandæ Missæ præscripserit, alias peccat mortaliter, quia non implet legem testatoris, quam neque hæredes mutare possunt. Non tamen tenetur ad restitutionem, si alibi celebret. Potest tamen Episcopus aliquando ex iusta causa, si nequeat in eo altari celebrari, concedere vt alibi celebretur.

2 Qui tenetur celebrare in altari priuilegiato pro defunct. & alibi celebrat cum numismate v. g. S. Caroli quo anima liberari potest à purgat. peccat mortaliter, quia non seruat pactum, & præterea quia non est ita certum de numismate an sit benedictum, ac de

de altari an ſit priuilegiatum.

3 Qui tenetur alicubi celebrare abſque applicatione ſacrificij, nullo modo poteſt accipere ſtipendium, ab alio, vt illi applicet ſacrificium liberum, quod expreſſè vetuit Sacr. Conc. Trid. Congr. Quod notẽt Canonici, & Curati, qui tenentur Miſſam Conuentualẽ, ſeu Parochialẽ, in proprijs Eccleſijs celebrare, ratione Canonicatus, aut Rectoriæ: quia ad eam tenentur ratione beneficij, ſecus, quando ex mera cõſuetudine, vel ex ſtatuto Canonicali, ad maiorẽ Eccleſię decorem Miſſas priuatas celebrant, non ratione beneficij, neque capellę, neque legati, neq; ſalarij qui ſoli quatuor tituli prohibẽtur. Et de parochis, quod quibus diebus tenentur Miſſam celebrare, non poſſint manualem eleemoſynam accipere, cẽſuit expreſſè Sac. Congr. Conc. 1. Sept. 1626.

II. *Ratione temporis*, quia vel nunquam, vel ſæpius, vel

vel tardius, vel citius, vel rarius celebrat, quàm debetur.

1 Qui *nunquam* celebrat, grauiter peccat, & in anno ter saltem, aut quater, quilibet celebrare tenetur ex Trid. sess 23. de reform. c. 14. Parochi sæpius tenentur, vt populus Missam audiat.

Qui sępius in die celebrat, grauiter peccat. Excipe casus sequentes. 1. in die Nat. Domini. 2. in casu supplendi sacrificij. 3. quando Sacerdos pauper, qui nullum potest habere Vicarium, præest duabus Ecclesijs, in quibus vterque populus solet audire Missam. 4. quando pauci sunt Sacerdotes, & multi Catholici in locis infidelium, & hæreticorum. In his postremis, licet bis, & ter celebrare (si opus est) omissa ablutione calicis, in alijs casibus olim licitis, non licet amplius.

3 Contingit *tardius* celebrare cum p. m. quando notabiliter differtur sacrificium, puta ad impetran-

trandum aliquid à Deo, & Missa dicitur elapso necessitatis tempore, quo casu, tenetur Sacerdos ad restitutionem. Item quando ita multæ Missæ acceptantur, vt longissimo tempore sit opus. Cui malo prouisum est dec. Sac. Cong. Concil. Trid. 21. Iunij 1625. quo prohibetur singulis ne eleemosynas nouas accipiant, nisi oneribus impositis antea ita satisfecerint, vt noua suscipere valeant. Qua tamen in re, eadem Congr. declarauit, posse noua Missarum onera suscipi (etsi oneribus iam susceptis non satisfecerint) dummodò infrà modicum tempus possint omnibus satisfacere. Si tamen tribuens eleemosynam pro nouis oneribus, sciat impedimentum, & consentiat, eo casu poterunt noua onera suscipi, post alia quamprimùm persoluenda. Comprehenduntur etiam in hoc decreto priuati quinque Sacerdotes.

Transgressores huius specia-

lis

lis decreti, non tenentur ad pęnas appositas in prędicto decreto, quę relationem tantum habent ad onera perpetua, cassamque omnia priuilegia, quibus indulgetur, vt certa Missarum celebratione, vel anniuersariorum, vel quibusdam Collectis, plurium Missarum oneribus in futurum suscipiendis satisfiat; ita vt si tempore huius decreti superfuerunt multæ Missæ celebrandę, celebrari distinctè debeant. Qui verò obligatur ad celebrandum in festis de præcepto, de voluntate testatoris, non potest differre Missam in sequ. fer. Neque intelligendus est testator de festis duplicibus, aut semip. quando simpliciter dicit, *in festis*; sed in festis de præcepto, aut consuetudine, pro seruitio populi.

4 *Citius*, celebrando peccatur anticipata applicatione sacrificij nempe incerta, pro eo qui posteà eleemosynam dederit, cum suspensione effectus sacrificij. Quod ex-

expreſsè vetuit Paulus V. die 5. Nouemb. 1605. Poteſt tamen Capellanus præuenire tempus celebrationis, & anticipatè celebrare Miſſas anteeedente hebdomada, quas ex obligatione celebraturus erit in ſeq. pro certa intentione.

5 *Rariùs* denique celebrando peccatur, quando quotidiano quis obligatur ſacrificio, per ſe vel per alium faciendo, & vno die per hebdomadam omittit celebrare, neque celebrari per alium curat; ſecus ſi vni tantùm eſt impoſitùm onus quotidianum, vt per ſeipſum impleat; nam hoc intelligi debet, ſalua honeſtate & decentia, ratione cuius vacare poteſt à Miſſa celebranda ſemel in hebdomada: hoc eſt, poteſt ſemel non celebrare, non autem poteſt ſemel pro alio applicare ſacrificium.

Qui verò impeditus infirmitate, non facit quotidianam Miſſam ad quam tenetur, excuſatur, neq; tenetur ad ſupplemẽtum, niſi vltra

mensem ægrotet. Et item si reliquo anni tempore diligens fuit obeundo suo munere, & nisi in fundatione Beneficij aliud expressè statuatur.

III *Ratione ritus* accidunt peccata in oneribus Missarum, quando promisit, Sacerodos Missam vot. vel de Requiem, (maximè si cum iuramento per instrumentum promisit) & aliam dicit. Sed hoc limitandum est, quando Sacerdos non afficitur maiori deuotione in Missa de Sancto, vel de feria, excepto festo duplici. Domin. & alijs diebus in quibus prohibentur Missæ vot. & pro defunctis, quia si maiori afficitur deuotione in Missa de Sancto, vel de feria, potest Sacerdos illam dicere loco vot. aut pro defunt inde enim oritur valor accidentalis Missæ ex opere operantis quod compensatur etiam cum lucro fructus Missæ vot. aut pro def. nec erit necesse dicere in præ

di-

dictis casibus collectam de voc seu pro def. Applicatio namque sacrificij fit in Memento, vel in oblatione , quæ tacitè fit in ipsa consecratione .

IV. *Ratione Beneficij , seu Officij*, contingit peccari in oneribus Missarum . Nam Episcopi, & Parochi , tenentur aliquando applicare sacrificium pro suis ouibus ex Trident. sess. 23. cap. 1. arbitrio boni viri nempe in præcipuis solemnitatibus Domini, & Dominicis dieb. aut saltem semel in hebdomada .

2 Regularis grauiter peccaret applicando sacrificium contra rationabilem voluntatem sui prælati, aut sacristæ ad id deputati.

3 Quilibet Sacerdos ex probabiliori sententia, non potest applicare portionem sacrificij quam supra diximus esse Secerdotis propriam accepto ob eam stipendio , tanquam pro integra Missa ; si vero fiat hæc applicatio ex cha-

H a rita-

tirate, est probabile.

4 Conuenit adhuc *Ratione Officij*, vt ille qui supplet inchoatum ab alio sacrificium, conformet se cum primo Sacerdote in applicatione eiusdem sacrificij, quia accessorium sequitur naturam principalis. V. Demùm *Ratione stipendij*, multis modis peccatur.

1 Qui accipit plura stipendia iusta, taxata scilicet, vel lege, vel consuetudine, à pluribus petentibus singulis vnam Missam, pro se distinctè, & vnam facit pro ijs omnibus, peccat ex communiori sent. Fraxinellus, sect. 4. concl. 1.

2 Qui ab vno accipit plura stipendia, pro pluribus Missis, & vnã tantùm celebrat, peccat eodem modo, ex eodem ibidem.

3 Qui procurat stipendium iusto pinguius pro vna Missa (nisi celebrandum sit in loco distanti, & incommodo) peccat, & tenetur inuite danti restituere, neque sufficit titulus paupertatis, quia fa-

cta

cta est Ordinatio, in Sacerdotem Titulo Beneficij, aut patrimonij sufficientis ad victum. Ex Bonac. de Euch. disp.4.q.vlt. punct.8.

4 Qui stipendium iusto pinguius accipit pro Missa, quam deinde minori stipendio quàm sit iustum facit ab alio celebrari, peccat; neque item si det illi stipendium iustum (retinens sibi quod est supra iustum) tutus est in conscientia, quia Sacr.Conc.Trident. Cong. declarauit eleemosynam maiorem solita dari, tribuendam esse integram absolutè Sacerdoti celebranti, nec vllam illius partem ab vllo retineri posse. Immò eadem Congr. permittendum non esse ait, vt Ecclesiæ, aut loca pia, seu illorum administratores, ex eleemosynis Missarum celebrandarum, vllam vtcumq; minimam portionem retineant, ratione expensarum quas subeunt in celebratione Missarum, nisi cũ Ecclesiæ, & loca ipsa alios non habent

tirate, est probabile.

4 Conuenit adhuc *Ratione Officij*, vt ille qui supplet inchoatum ab alio sacrificium, conformet se cum primo Sacerdote in applicatione eiusdem sacrificij, quia accessorium sequitur naturam principalis. V. Demùm *Ratione stipendij*, multis modis peccatur.

1 Qui accipit plura stipendia iusta, taxata scilicet, vel lege, vel consuetudine, à pluribus petentibus singulis vnam Missam, pro se distinctè, & vnam facit pro ijs omnibus, peccat ex communiori sent. Fraxinellus, sect. 4. concl. 1.

2 Qui ab vno accipit plura stipendia, pro pluribus Missis, & vnã tantùm celebrat, peccat eodem modo, ex eodem ibidem.

3 Qui procurat stipendium iusto pinguius pro vna Missa (nisi celebrandum sit in loco distanti, & incommodo) peccat, & tenetur inuite danti restituere, neque sufficit titulus paupertatis, quia fa-

cta

cta est Ordinatio, in Sacerdotem Titulo Beneficij, aut patrimonij sufficientis ad victum. Ex Bonac. de Euch. disp.4.q.vlt. punct.8.

4 Qui stipendium iusto pinguius accipit pro Missa, quam deinde minori stipendio quàm sit iustum facit ab alio celebrari, peccat; neque item si det illi stipendium iustum (retinens sibi quod est supra iustum) tutus est in conscientia, quia Sacr.Conc.Trident. Cong. declarauit eleemosynam maiorem solita dari, tribuendam esse integram absolutè Sacerdoti celebranti, nec vllam illius partem ab vllo retineri posse. Immò eadem Congr. permittendum non esse ait, vt Ecclesiæ, aut loca pia, seu illorum administratores, ex eleemosynis Missarum celebrandarum, vllam vtcumq; minimam portionem retineant, ratione expensarum quas subeunt in celebratione Missarum, nisi cũ Ecclesiæ, & loca ipsa alios non habent

redditus, quos in vsum earumdem expensarum erogare licitè possint, & tunc quam portionem retinebunt nullatenus debere excedere valorem expensarum quæ pro ipsomet secrificio sunt necessariò subeundæ.

5 Qui acceptis duobus stipendijs iustis, pro duabus Missis, vnam tantum celebrat, applicando vni sacrificium vt propitiatorium, alteri vt impetratorium, peccat; quia vterque totum missæ fructum prætendit.

6 Qui a pluribus stipendia minora iusto recipit, vt ex ijs constituto iusto stipendio, vnam miss. celebret, peccat, quia ex decr. citato, tot Missę dici debent quot. Sunt eleemosynæ datæ, etiam incongruæ, & exiguæ siue ab vno, siue a pluribus dentur; quod præcipitur ibi sub obtestatione diuini iudicij. sub peccato mortali, & cum obligatione restitutionis, reuocatis quibuscnnque priuilegijs.

7 Re-

7 Rector beneficij qui potest per alium celebrare Missam, tenetur tribuere Sacerdoti celebranti pro se, congruam eleemosynam, secundum morem ciuitatis. vel Prouinciæ, nisi in fundatione Beneficij, aliud fuerit cautum.

8 Vbi nullum statutum est stipendium a testatore, vel alio, pro certo numero Missarum, eo casu statuere debet Ordinarius, non autem hæres, aut alius, & iuxta morem ciuitatis.

9 Caueat vnusquisque ab onere perpetuo Missarum suscipiendo, sine licentia Episcopi sui, vel Generalis Vicarii si Sæcularis sit; aut Generalis, seu Prouincialis si Regularis, danda in scriptis & gratis, alioquin Sæcularis ab ingressu Ecclesiæ, erit eo ipso interdictus; Regularis autem pœnam priuationis Officij & perpetuæ inhabilitatis ad Officia, vocisque actiuæ, ac passiuæ, absque alia declaratione incurret, ex cit. decr.

Ad hæc, vt ibidem dicitur, amoneantur capsulæ ab Ecclesijs cum inscriptione eleemosynæ pro Missis, ne fideles hac ratione frustrentur, neque exponantur in die commemorationis defunctorum pro eorundem Missis solitæ apponi. Nulla tamen pœna est in hoc casu apposita.

11 Neque acceptorum multorum onerum reductio, moderatio, & commutatio ab alio nunc fieri potest, nisi à Sede Apostolica, & aliter factæ sunt nullæ, ex eodem decr. Veruntamen si in ipsa Beneficij erectione, cautum fuerit expressè vt liceat Episcopo iniunctum onus reducere, ac moderari; declarauit eadem Sacr. Congr. licere ad huc Episcopo id præstare. Quare neque in Synodis Dioecesanis, neque in Capitulis Generalibus fieri possunt ampliùs reductiones Missarum, olim concessæ à Conc. Trid.

Et ne vllo vnquam tempore

hæc

hæc in obliuionem, seu desuetudinem abeant, Superiores locales cuiusque Monasterij, Conuentus, ac domus regularis curare, atq; efficere tenentur, sub pœna priuationis Officij, vocisque actiuæ, & passiuæ, ipso facto incurenda, vt in perpetuum sexto quoque mense (id est) fer. 2. post 1. Domin. Adu. & fer. 6. post octau. Corporis Christi prædictæ Ordinationes in publica mensa perlegantur. *Hactenus de tertia parte rubricarum Missalis: iam verò ad vltimam transeamus.*

# PARS QVARTA

## *De rubricis per Missale sparsis.*

MIssale diuiditur in partes quinque. 1. Proprium de tempore. 2. Proprium de Sanctis. 3. Commune Sanctorum. 4. Missas pro defunctis, & 5. Benedictiones varias in fine eiusdem. Proprias vnaquæque pars habet rubricas à Generalibus distinctas. Eas igitur ordine debito examinabimus. In hac parte omnia ad tit. 92. reuocabimus.

### *De rubricis Missarum in Aduentu. Tit. 1.*

MIssa Domin. Aduent. infra hebdomadam non habet Alleluia, quando fit de feria; quia feriæ Aduent. sunt veluti vigiliæ Nat. Domini.

De

### *De quatuor temporibus Aduentus. Tit. 2.*

IEiunium hyemale fit in 3. hebdomada Aduent. in Sabb. legitur Euang Domin. 4 sequentis sicut Introitus, Graduale, & Communio in feria 4. præced. ne scilicet officium Domin. proprium contingat eo anno omitti, quo vigil. Nat. occurit in hac Dom. 4.

### *De Natali Domini, & festi sequentibus. Tit. 3.*

1 SI vigilia Natiuit. venerit in Dom. 4. eius Euangelium non legitur in fine Missæ vig. tùm quia suficienter lectum in Sabbatho præcedenti, tum quia non fuit lectum in officio.

Si viglia Nat. venerit in Dom. Missa cantanda erit post Tertiam, & post aquæ benedictæ aspersionem, quia eo die non ieiunatur. Si verò alijs dieb. infra hebdomadam, Miss. dicitur post Nonam.

2 Purificatorio non est tergendus calix, nisi in fine 3. Missæ. ne-

que omittendæ sunt preces quæ in purificatione calicis, & digitorum ablutione, recitari solent. Memento quoque vt in vase, non in calice fiat purificatio digitorum ex dictis titul. 9. num 4. Verùm in 1. Missa solemni hausto diligentiùs sanguine, Subdiaconus deferet calicem sine purificatorio ad credentiam de more, indeque alius in sacristiam, vbi supposito corporali, decenter seruabitur vsque ad 2. Missam solemniter seu priuatim, celebrandam, in cuius initio, vt aliàs collocari poterit super credentia, desicata iam vt creditur quacumque vini specie. Hæc Rom. praxis.

Celebraturus 1. Missam in media nocte ieiunius esse debt per hor. circiter 6. ex quadam congruentia. Quòd si celebraturus sit ante mediam noctem ex priuilegio, vel legitima consuetudine, verè non dispensatur in ieinio necessario ad Missam, ideò à pri.

diant

diana media nocte ieiunet neque in Missa vigiliæ sumat purificationem. Et eo casu si in 1. Missa noctis sumeret purificationem, imò & cibum ante mediam noctem, posset celebrare 2. & 3. Missam Nat. Domini.

Probabilem, & securam sent. putat Suarez 3. part. disp. 80. sect. 4. posse in nocte hac celebrari 3. Missas priuatas simul post mediam noctem, quia nullo iure prohibetur, quod certum est si causa adsit maioris numeri Sacerdotum, vel minoris numeri altarium, vel si minus commodè celebrare possunt: Qui vnam tantùm dicit Missam, dicit 3. cuius Orat. concordat cum Officio.

Prima Missa nō potest dici separatim ab alijs de nocte, nisi cū Matutino solemniter de more cātato.

3 In Missa S. Stephani, legitur Euangel. de Abele protomartyre totius mundi.

4 In festo S. Ioannis præfat. dicitur

dicitur de Natiu. quia maximæ dignitatis est hæc octaua.

5 Festum Innocentium non admittit cantica lętitiæ quia descendere in limbum. In Dom. verò & octaua dicuntur.

6 In vigil. Epiphaniæ legitur Euangel. anticipate, quod accidit postridiè Epiphaniæ.

7 Epiphania continet plura miracula, stellę Magorum; Baptismi Christi, aquæ in vinum mutatæ, & quinque millium satiatorum.

Post Euang. publicatur Pascha, ex Concil. Aureliano 4. can. 1. vt proximè determinetur Dominic. Septuages. quæ est prima dies ex mobilibus.

8 Si contingat Dom. infr. octau. Epiphan. in præcedenti sabbat. celebrari, duas tantum orat. in Missa admittit.

6 In die octaua celebratur præcipuè Baptismus Christi, vt patet ex Euang.

## *De Dominicis post Epiph. vsque ad Septuag. Tit.4.*

1 POst Epiphan. variatur Introitus cum suis accessorijs Grad. Offert. & Commun. in primis tantùm tribus Dominicis.

2 Secundæ] Domin. Missa dicitur semper ante Septuag. saltem in sabbat. vel alio die præced. vt congruo tempore legatur Euangelium de aqua in vinum mutata, quod est initium miraculorum Christi.

3 In vltimis tribus Domin. 4. 5. & 6. Introitus, & accessoria sunt eadem quæ in Dom. 3. quia sunt Dom. vagę, & sępiùs transferuntur post Pent. quo casu mutuant Introitum & accessoria à Domin. 23. post Pent.

## *De Dominicis à Septuag vsque ad fer. 4. Cin. Tit 5.*

1 A Numero dierum, uel a numero hebdomadarum sumitur harum Dominicarum denominatio. A numero dierum qui-

quidẽ ieiunij, quia Quadragesima habet 40. dies abstinentiæ. Quod si velis numerare tantùm veri, & proprij ieiunij dies demptis Dominic. erunt. 36. cui idcirco additi; sunt 4. dies, à feria 4 Cinerum ad Dom. 1. vt ieiunium Quadraginta dierum Christi perfectè imitaremur. Quod secuti alij, qui in cœna Domini, & in Sabbato Sancto non ieiunabãt à Quinquagesima cæpere ieiunium. Alij idem obseruare volentes demptis Dom. & fer. 5. (quæ decreto Melchiadis exceptæ fuerant à ieiunio) à Sexagesima ieiunio initium dederunt. Alij denique demptis etiam Sabbat. ex Constantinopolit. 6. capitul. 55. à Septuagesima ieiunium sunt exorsi. A numero verò hebdomadarum denominationem sumit harum Domin. Rup. abb. libr. 4. cap. 2. Illasque ordinat vsque ad 4. Domin. *Lætare* quæ est paradisi propria quædam imago, vt patet ex Euangel. & toto offi-

cio

cio vnde adhibentur dalmaticæ ad missam, pulsantur organa, & alia fiunt in signum lætitiæ. Septuagesima (inquit ille) dicenda est, quia per 7. Hebdomadas ad illam *Lætare* peruenitur. Sexagesima quia per sex, Quinquagesima, quia per 5. Quadragesima quia per 4. Hæc ille.

2 Si Septuagesima venerit ante Purificationem 2. & 3. orat. non mutantur, ita vt 2. sit de Virgine cuius partus adhuc celebratur: idem fiat in Sexagesima, & Quinquages.

In ferijs omittitur Tractus.

3 In collecta Sexagesimæ occurunt duo præter regulas ordinarias. Alterum est, quod dicitur collecta de S. Paulo sine collecta de S. Petro, alterum est, quod licet in prima collecta fiat mentio de Sancto Paulo, tamen in orat. *A cunctis*, adhuc fit de eodem commemoratio, contra illud quod habetur 1. part. titul. 9. num. 15. de

Missa

Missa vot. Apost. quæ excludit orationem, A cuncti.

*De feria 4. Cin. vsque ad Dom. de Passione. Tit. 6.*

4 CIneres debent esse aridi non in modum luti, ita decreuit Sacr. Rit. Congreg. 13. Maij 1603.

Præparentur Turibulum, nauicula, & vas aquæ in angulo altaris.

3 Finita nona Sacerdos indutus pluuiali violaceo cum Ministris indutis quidem sed sine dalmaticis (in) præcipuis Eccles. cum Planetis) in minoribus. Alba amictis, sine manipulis ex Cær. lib. 2. cap. 17. procedit de sacristia ad altare, Acolyth. qui tantum præcedunt cum candelabri accensis. Ministris pares celebranti procedunt (quia habet pluuiale) ad benedicendum cineres in vase aliquo posito in cornu Epistolæ, ita vt vas sit inter Missale & cornu. Celebrans osculato altari accedit ad librum, vbi

stans

ſtans inter vtrumque miniſtrum (quod debet ſeruari quandocumque eſt cum pluuiali) legit Ant. *Exaudi*, &c. tum dicit Orationes manibus iunctis, & dum benedicit manu dextra Cineres, Diaconus eleuat a dextris fimbriam anteriorem pluuialis, deinde impoſito incenſo in Thuribulo de more benedicto miniſtrantibus in benediction. Diacono & Thuriferario aſpergit ter in medio, a dextris & a ſiniſtris cinerum, delato vaſe aquæ ab altero ex Acolytis, & aſpergillo ſine oſculis dato Diacono, qui deinde cum oſculis tradit celebranti. Celebrans autem poſtquam aſperſerit ter, adolet incenſo. Deinde dignior Sacerdos ex clero accedens ad altare ſuo habitu chorali ſine ſtola, ſtans imponit in formam crucis cinerem celebranti ſtanti dicens, *Memento homo* &c. ſtat autem celebrans facie verſa ad populum capite inclinato. Si vero non adſit alius Sa-

cerdos

cerdos non debet Diaconus imponere Sacerdoti cineres, sed ipsemet celebrans genibus flexis coram altari, sibi ipsi eo casu imponat, quasi a Christo illos recipiat; at dum accepit ab alio, ille statim digniori Sacerdoti primò cineres imponit, deinde Ministris paratis genibus flexis, tum alijs stans aperto capite, & Diacono tenente à dextris eius vas cinerum.

4 Aperto capite distribuit celebrans cineres, candelas, & ramos, ex decr. Sacr. Rituum Congr. 18. Iul. 1626.

5 Veniunt alij cum debitis reuerentijs altari, & celebranti, ante & post manibus iunctis. Clerus accedit quidem ad gradus altaris, sed populus congruentius recipit extra gradus ad cancellos: fœminis autem non supra velum, sed supra capillos dantur cineres si fieri potest commode. In fine distributionis, ante orat.

Con-

*Concede*, tergat digitos celebrans, in angulo altaris cum aqua, & mica panis.

6 In feria 5. Domin. 3. habetur Collecta de SS. Cosma, & Damiano, tacito cognomine martyrum quia de eisdem ibi fit mentio, titulo tantum stationis, sed inde neque in officio, neque in orat. *A cunctis*, in propria eorum Ecclesia, omitti debet consueta commemoratio eorundem tanquam martyrum inter suffragia & tanquam Titularium Eccles. prop. In reliquis fer. nihil occurrit noui declarandum.

### *De Dom. de Passione, & Hebdomada maiore. Tit. 7.*

1 IN primis Vesp. Dom. de Passione velantur cruces & imagines (hoc est ante vesp.) velũ autem non debet habere secum aliã imag. & illud velum quo teguntur cruces sit potius violaceum, quam nigrum, nequaquam album.

In benedictione Ramorum Sacerdos

cerdos non debet Diaconus impo. nere Sacerdoti cineres, sed ipsemet celebrans genibus flexis coram altari, sibi ipsi eo casu imponat, quasi a Christo illos recipiat; at dum accepit ab alio, ille statim digniori Sacerdoti primò cineres imponit, deinde Ministris paratis genibus flexis, tum alijs stans aperto capite, & Diacono tenente à dextris eius vas cinerum.

4 Aperto capite distribuit cele, brans cineres, candelas, & ramos, ex decr. Saer. Rituum Congr. 18. Iul. 1626.

5 Veniunt alij cum debitis reuerentijs altari, & celebranti, ante & post manibus iunctis. Clerus accedit quidem ad gradus altaris, sed populus congruentius recipit extra gradus ad cancellos: fœminis autem non supra velum, sed supra capillos dantur cineres si fieri potest commode. In fine distributionis, ante orat.

Con-

*Concede*, tergat digitos celebrans, in angulo altaris cum aqua, & mica panis.

6 In feria 5. Domin. 3. habetur Collecta de SS. Cosma, & Damiano, tacito cognomine martyrum quia de eisdem ibi fit mentio, titulo tantum stationis, sed inde neque in officio, neque in orat. *A cunctis*, in propria eorum Ecclesia, omitti debet consueta commemoratio eorundem tanquam martyrum inter suffragia & tanquam Titularium Eccles. prop. In reliquis fer. nihil occurrit noui declarandum.

*De Dom. de Passione, & Hebdomada maiore. Tit. 7.*

1 IN primis Vesp. Dom. de Passione velantur cruces & imagines (hoc est ante vesp.) velũ autem non debet habere secum aliã imag. & illud velum quo teguntur cruces sit potius violaceum, quam nigrum, nequaquam album.

In benedictione Ramorum Sacerdos

cerdos procedit ad altare vt supr. in die Cin. cum eisdem Ministris eodem modo indutis : statim atque peruenerit ad gradus, Acolythi deponunt candelabra super credentia : is verò facit aquæ aspersionem, sed Ministri induti in hoc casu portant manipulos quia cantaturi sunt Epist. & Euang. facta aspersione ascendit ad altare quod osculatur in medio, & deinde accedit ad librum in cornu Epistolæ, in quo commodius ponuntur Palmæ & Rami, quam in medio altaris. His ita dispositis Sacerdos stans in cornu Epistolæ, dicit *Dominus vobiscum*, sed non vertit se ad populum, neque deducit manus, sed iunctas eas tenet etiam ad *Oremus*, & Orat & ministri pares sunt cum celebrante, hinc inde vt in benedict. Cin. supr Subdiaconus cantaturus lectionem in loco solito eadem facit quæ pro Epist. Missæ, in cuius fine osculatur manum Sacerdotis, sed

non

non defert librum ad cornu Euan gel. quod legit celebrans si veli in cornu Epistol. & resumit (si ea vtitur) planetam plicatam Subdiaconus.

Non discedit celebrans a cornu Epist. omnia fiunt etiam a thuriferario prout ad Euang. miss. diximus p. 2. titul. 6, num. 5. post hęc benedicuntur Rami. Sacerdos stans in cornu Epist. dicit *Dominus vobiscum* orat. & præfat. manibus iunctis assistētibus hinc inde Ministris, cum quibus dicit *Sanctus*. Cum autem benedicturus est Ramos Diacon. eleuat fimbriam pluuialis anteriorem. Celebrans verò dumdextra signum Crucis facit ponit sinistram super altare. In orationibus nihil est detrahendum, nqeue murandum, licet benedicantur Rami aliarum arborum, non Palmæ, aut Oliuarum Rami. Circa finem vltimę orat. Acolythorum alter accipit de credentia vas aquæ benedictæ

cum

cum asperiorio, & vna cum Thuriferario accedit ad celebran. propè Diaconum.

4 Celebrans ponit incensum in Thuribulum more solito, deinde accepto aspersorio de manu Diaconi cum solitis, & debitis reuerentijs, aspergit autem ter, id est in medio, a dextris Ramorum, & a sinistris eorum, dicendo submissa voce, *Asperges me*, versum illum tantum, & deinde adolet incenso eo modo quo aspersit, nihil dicens. Diaconus autem in aspersione, & incensatione, eleuat fimbriam & pluialis, rursus celebrans in cornu Epist. addit quæ sequuntur in Missali.

5 Completa benedictione dignior ex clero accedit ad altare, etdat Ramum stanti celebranti, stans in suo habitu sine stola, cum osculo Rami ab vtroque facto, non manus. Deponit autem celebrans Ramum suum in manu Acolythi, & alijs aperto capite stans

ſtans diſtribuit. Diaconus à ſiniſtris eius miniſtrat eidem Ramos, eos tantùm oſculando, depoſito interim ſuo Ramo ſuper altare. Alter Acolythus minſtrabit Ramos Diacono, ſine oſculis. Canonici non oſculantur manum celebrantis Canonici. Si populus eſt multus, poterit alius Sacerdos mitti qui diſtribuat laicis, ſed Ordo Roman. à celebrante diſtribui iubet.

6 Poſtea fit proceſſio. Et 1. celebrans ponit incenſum in thuribulum miniſtrante Diacono, & Thuriferario cum benedictione de more. In proceſſione præcedit Thuriſerarius cum thuribulo fumigante, vt quaſi viam ſternat Crucifixo ſequenti, vel quaſi Chriſtus trahat poſt ſe ſequentes in odorem vnguentorum ſuorum. Deinde Subdiaconus paratus (non alius quàm is qui cum Diacono miniſtrat celebranti) defert Crucem inter Acolythos, & prædi-

cti 4. nempe thurifer. Subdiacon. cum duobus Acolythis deferentibus candelabra, deponunt alicubi Ramos vt faciliùs gestent alia. Sequitur clerusper ordinem, vltimò celebrans cooperto capite, & cum ramis in manibus suis tam celebrans quam Diaconus.

7 In reuersione processionis 2. vel 4. cantores intrant in Ecclesiam, & clauso ostio stantes versa facie ad processſ. incipiunt. *Gloria laus &c.* & decantant 2. primos versus. Sacerdos verò cum alijs cooperto capite repetit eosdem. Posteà Subdiaconus percutit semel imam partem portæ cum ima parte hastilis, qua aperta intrat processio, & Subdiaconus accedit ad altare, vbi deponit Crucem propè credentiam, si Missa sequatur solemnis.

8 Deinde celebratur Missa, & Rami tenentur manibus dum cantatur Passio, & Euangeliũ Celebrans autem dum legit in cornu

Epi-

Epistol. Passionem Palmam tenere debet sinistra manu; idem & Ministri faciant.

9 Passio cantari potest à tribus Diaconis in eodem pulpito, vel in tribus pulpitis ad maiorem commoditatem, in cornù Euangelij, in plano capellæ, qui 3. Diaconi induti amictu, alba, cingulo, stola Diaconali violacea, & cum manipulo eiusdem coloris, procedunt de sacristia hoc ordine, vt qui Euangelistam refert, librum deferat ante pectus, & sit primus, quem sequitur ille qui turbam; postremò qui Christum. Omnes manibus iunctis. Factis autem debitis reuerentijs altari, accedunt ad cantandum, medium locum relinquentes agenti personã Christi, & dextram Euangelistæ. Romæ communior vsus est vt Euangelista medium teneat locum, & illius dextram ille, qui Christum repræsentat; & in capella Papæ vnus tantùm adhibetur liber, in

quo tres cantores sigillatim cantant quæ cantare debent, quo fit, vt Euangelista qui plus alijs cantat, medium teneat locum. Alij adhibent 3. libros vt commodiùs cantent. Non probatur illa distributio Passionis inter celebrantem, & Subdiaconum, ita vt celebrans vice Christi loquatur, & Subdiac. turbarum. *Si* desint Ministri, solus Diaconus cantare debet totam passionem, & partem finalem eiusdem addito deinde ministerio Subdiaconi, & Acolythorum, vt fit ad Euangelium, Notæ illæ ✠.C. S. significant Christum Chronistam, & *Synagogam*, vel Christum, Cantorem, & Succentorem.

10 Neque petitur benedictio neque luminaria deferuntur, neque Thus adhibetur. Omnis autem solemnitas in tanta mæstitia tollitur, & in fine tantùm more solito tanquam ad Euangelium Missæ petitur benedictio, incensatur liber,

ber, qui & osculandus datur celebranti initio postremę partis, cum eiusdem incensatione: in fine etiã respondetur, *Laus tibi Christe*, quæ item (excepta incensatio ne libri & celebrantis) seruandae erunt in Missis priuatis, Vide infr. tit. 9. num. 5.

11 Ad legendam Passionem in Missa priu. non estinguuntur luminaria in altari.

12 Si processio extra portam exire nequeant, fiat circum Ecclesiam, & quod ante portam præstandum erat, fiat in vestibulo ante ingressum capellæ maiori,

14 Si cantores desint ad cantandam Pass. eo casu, Diaconus solus Missæ cantet totam, & ea finita redeat ad altare ac reliquia faciat pro parte postrema vt sup.

*De feria 5. in Cœna Domini.*
*Tit.* 8.

2 CRux quæ in altari est velo tegatur albo.

2 Ministri accipiunt dalmati-

cas, quia est Missa solemnis & festiua.

3 In tertio *Agnus Dei*, dicitur *Dona nobis pacem*, contra Durand. lib. 4. cap. 52. qui vult dici *Miserere nobis*, nam Missale vult dici de more, quamuis pax non detur.

4 Reseruatur hodie hostia cum particulis in sequentem diem pro Sacerdote, & infirmis.

5 Postquam Sacerdos communicauerit, Subdiaconus calicem alterum de credentia ad altare deferat sine velo longo, sed cum velo tantùm calicis eiusdem prauo, patena, & palla. Tum Sacerdos ante ablutionem digitorum ponit hostiam reseruatam in hoc calice, quem Diaconus palla & patena cooperit, & desuper velum expandit album, & in medio altaris collocat. Deinde fit communio cleri priùs ante altare, tum populi extra cancellos.

6 Sac. Rituum congr. 27. Sept. 1608.

1608. Communionem Cleri iussit in hac Miss. in memoriam quod Christus communicauit Apostolos, quod est seruandum.

7 Sacerdos autem genuflectit quandocunque accedit, vel recedit à medio altari, vel transit ante Sacramentum, licet in calice lateat, & sub velo quod in similibus casibus obseruari debet.

8 In fine dat benedictionem à latere Euangelij neque perficit circulum, sed reuertitur ad medium, ne terga vertat Sacramento: eadem obseruent Ministri.

9 In altari non fit signum Crucis, quia ibi immediatè est auctor benedictionis. Si legit Euangel. in libro, potest signare librum. Ad ea verba, *Et verbum caro factum est*, genuflectat celebrans cum ministris, paulò versùs Sacramentum.

10 Locus in quo asseruari debet Sacramentum, debet esse omnino distinctus ab altari in quo cele-

bratum fuit. Et ornari debet cum velis, siue cortinis albis, si fieri potest, sed nullo modo nigris, quia crastina die super calicem erit adhuc velum album; cum reportabitur ad altare maius. Habes exēplum in sacello Pontificio, vbi omnia splendent in hoc casu reseruandæ hostiæ. Hic enim locus non sepulchrum. sed regia Christi viuentis est.

11 Processio non debet fieri extra Ecclesiam, tam in hac quàm in sequenti feria, ex decr. Sacr. Congr. super negotia Episcoporum 6. Aug. 1591. fit autem hæc processio more solito; Acolythis nimirum cum candelabris Crucem comitantibus, quam defert alius Subdiaconus paratus cum tunicella alba, sine manipulo. (Crux autem sit adhuc velata velo violaceo) hic autem cum suis Acolythis stabit, genuflexis omnibus alijs, in loco vbi reponitur Sacramentnm.

12 Vt

12 Vt celebrans induat pluuiale retrahet se extra cornu Epist. ob præsentiam Sacramenti, ibiq;omnes deponent manipulos: tum sic indutus procedit ante medium altaris vbi facta genuflectione stās imponit incensum in duobus thuribulis sine benedictione. deinde genuflexus incensat ter Sacramentum facta ante, & post profunda capitis inclinationem, simul cum ministris. Caueat Diaconus ab osculis coram Sacramento. Tum accepto Calice cum Sacramento de manu Diaconi stantis, ita vt celebrans sinistra nodum teneat, & dextram superponat calici, quem Diaconus tegit extremitatibus veli pendentis ab humeris, procedit medius inter Diaconus à dextr. & Subd. à sine sub baldachino, duobus Acolythis continuè incēsantibus. Quod duobus modis fieri potest. Primò si Acolythi alternatim incensent, ductis Thuribulis vt fit

in incensatione personarum. Secundò, si hinc inde ante procedant mouentes manibus dextris Thuribula de iisdem pendentia, & effumantia, quasi sternendo viam Sacramento cum odore incensi. Qui modus est magis vsitatus, & maiorem reuerentiam connotat erga Sacramentum, quod non nisi à genuflexis Sacerdotibus incensari solet.

13 In distributione hastarum baldachini, nobilioribus dantur eæ quæ sunt in facie celebrantis, posteriores minus nobilibus.

14 Nobilioribus item inter hastas, pares dentur eæ quæ sunt à dextris celebrantis dum procedit.

15 Conuenit tamen, vt hodie, & sequenti die, ab Ecclesiasticis cum pluuialibus deferantur hastę. Quod si desint pluuialia non ideò induant stolas, superpelliceis tantum induti.

16 Interea dum fit processio cantatur Hymnus *Pange lingua*, &c.

&c. Sed celebrans nunquam cum alijs cantat in processione Sacramenti, at secretò dicit.

17 Quia processio non fit extra Ecclesiam, conuenit vt clerus ad primos duos versus huius strophe *Tantum ergo Sacramentum*, genuflectat, conuersus ad Sacramentum. Ministri tamen non genuflectant. Extra Ecclesiam verò minimè, & vbi multus est clerus, posset enim alioqui, & malè interrumpi processio.

18. Cum autem ventum fuerit ad locum paratum, Diaconus genuflexus à Sacerdote stante, accipit calicem; & ponit illum primò super altare, & deinde facta genuflexione descendit, & rursus curat imponi incensum sine benedictione à celebrante stanre vt priùs, amoto velo per Subdiaconum ab humeris celebrantis, quia non est daturus in fine benedictionem. Quo facto celebrans genuflexus ter incensat, facta ante, & post,

cum ministris profundo capitis inclinatione, sed dum incensatur. Sacramentum cantatur, *O salutaris hostia*, vel *Tantum ergo*, &c. Deinde Diaconus reponit Sacramentum in capsula, facta iterum genuflexione, ante, & post. Clauem autem dabit illi ad quē spectat; non enum videndus est calix à populo, & multò minùs hostia patere populo debet. Neque dari debet clauis laico, quantumuis nobili ex decr. Sacr. Rit. Cong. 30. Ian. 1610. sed ei potiùs, qui sequenti die est celebraturus.

19 Postea altaria omnia (non altare maius tantùm) denudanda sunt, sed post vesp. ex communi, & receptissimo vsu Ecclesiarum Vrbis. Procedat autem celebrans cum Diacono in albis, & stolis tantùm violaceis, cum Subdiacono in albis tantùm sine manipulis: & clerus cantare potest psalmum totum. Amouendæ verò sunt mappæ tantùm cum pallijs,

lijs, & alijs ornamentis, relicta Cruce velata, cum candelabris in altaribus, neque psalmus ideò repetendus est si multa sint altaria. Conopæum Tabernaculi maioris in quo asseruatur ordinariè sacramentum, debet esse coloris violacei quia Regia viuentis Christi est, ad modicum tempus absentis. Quod si adhibeatur coloris nigri ob sequentem feriam 6. ea erit ratio, quia vacuum est tabernaculum, & conformis erit color paramentis celebrantis. Romæ in Eccles. Sancti Petri admouetur conopæum quod magis placet, nisi sint velandæ statuæ, seu imagines prædicti Tabernaculi.

20 Hoc triduo transeuntes ante crucem quæ est in altari maiori, illi faciant reuerentiam cum genuflexione, excepto celebrante parato (nisi infra aliud notetur) quia fulget Crucis mysterium.

De mandato, seu lotione pedum.

1 Congruum esset vt in loco ad id deputato altare esset cum pallio albo, cum Cruce, & candelabris. Poterit etiam parari credentia à latere sinistro, super quam collocabuntur miss. linteum Sacerd. vasa ad abluendas in fine manus eiusdem, & alia eiusmodi cum floribus & herbis: scamna necessariò cum tapetibus habeãtur pro lauandis, & tapetia sint, ita ampla vt celebrans super ijsdem genuflexus lauare queat, neque albam fœdet.

2 His ita dispositis dato signo cum tabula, conueniunt omnes, Prælatus seu superior super amictu, & alba induitur stola, & pluuiali violaceis. Diaconus, & Subdiaconus vt in missa induuntur etiam manipulis (licet eo careat celebrans) ob Euangelium cantandum a ministris. Si fiat processio a sacristia ad locum destinatum, Subdiaconus ferat crucem

me.

medius inter Acolythos more solito, quam deponit propè altare in cornu Euangelij. Deinde ministrante Diacono nauiculam, & thuriferario thuribulum, imponit de more incensum Superior cum benedictione; tum Diaconus librum Euangeliorum ante pectus tenens genuflexus ante Superiorem stantem in cornu Epistolæ petit benedictionem, qua accepta astantibus Acolythis cum candelabris accensis, & Subdiacono librum tenente, signat librum, incensat, & cantat Euangelium. Quo finito Subdiaconus portat librum apertum osculandum Superiori, & Diaconus eum de more incensat.

3 Finita incensatione celebrantis, deponuntur manipuli à ministris vt ei liberiùs inseruiant; posteà superior exuitur pluuiali; & per Diac. & Subdiac. præcingitur linteo, & sic præcinctus, assistentibus sibi isdem Diacono, & Subd.

ac-

accedit ad lotationem pedum, & per ordinem dispositis ijs, qui lauandi sunt clericis, peluim, & aquam ministrantibus, Subdiacono singulorum pedem dextrum tenente, genuflectens singulis, illorum pedem lauat, extergit, & osculatur, nullo facto super pedem signo Crucis manu celebrantis, Diacono prębente linteum ad abstergendum, qui ideò stabit a dextris celebrantis, colliget linteum ipsum quo celebrans est pręcinctus, & extendet quando opus est vt tergat, non autem Diaconus infundat aquam pedibus, quod pugnat directè contra rubricam.

4 Post lotionem Superior lauat manus, & abstergit alio linteo, deinde accipit pluuiale, redit ante medium altaris, vbi stans detecto capite, dicit *Pater noster*. Versus, & Orationes manibus iunctis, tenentibus librum Diacono, & Subdiacono. Finitis omnibus vel

exui-

exuitur ibidem, vel redit ad sacristiam, ordine quo venerat.

5 Hora commodiore post vesp. deferantur particulæ supra reseruatæ pro infirmis, cum luminibus, superpelliceo, & stola alba adhibitis, ad locum vbi reseruata fuit hostia, consecrata, nisi aliud exigat laudabilior consuetudo; Et ostiolum tabernaculi maneat apertum, ne populus ibi adoret, quod non adest amplius.

## *De feria 6. in Parasceue.* Tit. 9.

1 FInita Nona, quæ cum alijs præcedentibus horis sine lumine dicitur, Sacerdos, & ministri induti paramentis nigri coloris sine luminaribus, & incenso, procedunt ad altare, quod debet esse nudum, cum Cruce velata velo nigro; vt suo tempore facile queat detegi, & candelabris sex obscuri potius coloris, & candelis ex cera communi, non alba

bratum fuit. Et ornari debet cum velis, siue cortinis albis, si fieri potest, sed nullo modo nigris, quia crastina die super calicem erit adhuc velum album; cum reportabitur ad altare maius. Habes exēplum in sacello Pontificio, vbi omnia splendent in hoc casu reseruandæ hostiæ. Hic enim locus non sepulchrum. sed regia Christi viuentis est.

11 Processio non debet fieri extra Ecclesiam, tam in hac quàm in sequenti feria, ex decr. Sacr. Congr. super negotia Episcoporum 6. Aug. 1591. fit autem hæc processio more solito; Acolythis nimirum cum candelabris Crucem comitantibus, quam defert alius Subdiaconus paratus cum tunicella alba, sine manipulo. (Crux autem sit adhuc velata velo violaceo) hic autem cum suis Acolythis stabit, genuflexis omnibus alijs, in loco vbi reponitur Sacramentnm.

12 Vt celebrans induat pluuiale retrahet se extra cornu Epist. ob præsentiam Sacramenti, ibiq;omnes deponent manipulos: tum sic indutus procedit ante medium altaris vbi facta genuflectione stãs imponit incensum in duobus thuribulis sine benedictione. deinde genuflexus incensat ter Sacramentum facta ante, & post profunda capitis inclinationem, simul cum ministris. Caueat Diaconus ab osculis coram Saciamento. Tum accepto Calice cum Sacramento de manu Diaconi stantis, ita vt celebrans sinistra nodum teneat, & dextram superponat calici, quem Diaconus tegit extremitatibus veli pendentis ab humeris, procedit medius inter Diaconus a dextr. & Subd. à sine sub baldachino, duobus Acolythis continuè incẽsantibus. Quod duobus modis fieri potest. Primò si Acolythi alternatim incensent, ductis Thuribulis vt sit

in incensatione personarum. Secundò, si hinc inde ante procedant mouentes manibus dextris Thuribula de iisdem pendentia, & effumantia, quasi sternendo viam Sacramento cum odore incensi. Qui modus est magis vsitatus, & maiorem reuerentiam connotat erga Sacramentum, quod non nisi à genuflexis Sacerdotibus incensari solet.

13 In distributione hastarum baldachini, nobilioribus dantur eæ quæ sunt in facie celebrantis, posteriores minus nobilibus.

14 Nobilioribus item inter hastas, pares dentur eæ quæ sunt à dextris celebrantis dum procedit.

15 Conuenit tamen, vt hodie, & sequenti die, ab Ecclesiasticis cum pluuialibus deferantur hastę. Quod si desint pluuialia non ideò induant stolas, superpelliceis tantum induti.

16 Interea dum fit processio cantatur Hymnus *Pange lingua*, &c.

&c. Sed celebrans nunquam cum alijs cantat in processione Sacramenti, at secretò dicit.

17 Quia processio non fit extra Ecclesiam, conuenit vt clerus ad primos duos versus huius strophe *Tantum ergo Sacramentum*, genuflectat, conuersus ad Sacramentum. Ministri tamen non genuflectant. Extra Ecclesiam verò, minimè, & vbi multus est clerus, posset enim alioqui, & malè interrumpi processio.

18. Cum autem ventum fuerit ad locum paratum, Diaconus genuflexus à Sacerdote stante, accipit calicem; & ponit illum primò, super altare, & deinde facta genuflexione descendit, & rursus curat imponi incensum sine benedictione à celebrante stante vt prius, amoto velo per Subdiaconum ab humeris celebrantis, quia non est daturus in fine benedictionem. Quo facto celebrans genuflexus ter incensat, facta ante, & post,

cum ministris profundo capitis inclinatione, sed dum incensatur. Sacramentum cantatur, *O salutaris hostia*, vel *Tantum ergo*, &c. Deinde Diaconus reponit Sacramentum in capsula, facta iterum genuflexione, ante, & post. Clauem autem dabit illi ad quē spectat; non enum videndus est calix à populo, & multò minùs hostia patere populo debet. Neque dari debet clauis laico, quantumuis nobili ex decr. Sacr. Rit. Cong. 30. Ian. 1610. sed ei potiùs, qui sequenti die est celebraturus.

19 Postea altaria omnia non altare maius tantùm) denudanda sunt, sed post vesp. ex communi, & receptissimo vsu Ecclesiarum Vrbis. Procedat autem celebrans cum Diacono in albis, & stolis tantùm violaceis, cum Subdiacono in albis tantùm sine manipulis: & clerus cantare potest psalmum totum. Amouendæ verò sunt mappæ tantùm cum pallijs,

lijs, & alijs ornamentis, relicta Cruce velata, cum candelabris in altaribus, neque psalmus ideò repetendus est si multa sint altaria. Conopæum Tabernaculi maioris in quo asseruatur ordinariè sacramentum, debet esse coloris violacei quia Regia viuentis Christi est, ad modicum tempus absentis. Quod si adhibeatur coloris nigri ob sequentem feriam 6. ea erit ratio, quia vacuum est tabernaculum, & conformis erit color paramentis celebrantis. Romæ in Eccles. Sancti Petri admouetur conopæum quod magis placet, nisi sint velandæ statuæ, seu imagines prædicti Tabernaculi.

20 Hoc triduo transeuntes ante crucem quæ est in altari maiori, illi faciant reuerentiam cum genuflexione, excepto celebrante parato (nisi infra aliud notetur) quia fulget Crucis mysterium.

*De mandato, seu lotione pedum.*

1 Congruum esset vt in loco ad id deputato altare esset cum pallio albo, cum Cruce, & candelabris. Poterit etiam parari credentia à latere sinistro, super quam collocabuntur miss. linteum Sacerd. vasa ad abluendas in fine manus eiusdem, & alia eiusmodi cum floribus & herbis: scamna necessariò cum tapetibus habeãtur pro lauandis, & tapetia sint, ita ampla vt celebrans super ijsdem genuflexus lauare queat, neque albam fœdet.

2 His ita dispositis dato signo cum tabula, conueniunt omnes, Prælatus seu superior super amictu, & alba induitur stola, & pluuiali violaceis. Diaconus, & Subdiaconus vt in missa induuntur etiam manipulis (licet eo careat celebrans) ob Euangelium cantandum a ministris. Si fiat processio a sacristia ad locum destinatum, Subdiaconus ferat crucem

me-

medius inter Acolythos more solito, quam deponit propè altare in cornu Euangelij. Deinde ministrante Diacono nauiculam, & thuriferario thuribulum, imponit de more incensum Superior cum benedictione; tum Diaconus librum Euangeliorum ante pectus tenens genuflexus ante Superiorem stantem in cornu Epistolæ petit benedictionem, qua accepta astantibus Acolythis cum candelabris accensis, & Subdiacono librum tenente, signat librum, incensat, & cantat Euangelium. Quo finito Subdiaconus portat librum apertum osculandum Superiori, & Diaconus eum de more incensat.

3 Finita incensatione celebrantis, deponuntur manipuli à ministris vt ei liberiùs inseruiant; postea superior exuitur pluuiali; & per Diac. & Subdiac. precingitur linteo, & sic præcinctus, assistentibus sibi isdem Diacono, & Subd.

ac-

exuitur ibidem, vel redit ad sacristiam, ordine quo venerat.

5 Hora commodiore post vesp deferantur particulæ supra reser. uatæ pro infirmis, cum luminibus, superpelliceo, & stola alba adhibitis, ad locum vbi reseruata fuit hostia, consecrata, nisi al ud exigat laudabilior consuetudo; Et ostiolum tabernaculi maneat apertum, ne populus ibi adoret, quod non adest amplius.

*De feria 6. in Parasceue. Tit.* 9.

1 FInita Nona, quæ cum alijs præcedentibus horis sine lumine dicitur, Sacerdos, & ministri induti paramentis nigri coloris sine luminaribus, & incenso, procedunt ad altare, quod debet esse nudum, cum Cruce velata velo nigro; vt suo tempore facile queat detegi, & candelabris sex obscuri potius coloris, & candelis ex cera communi, non al-

ba

ba extinctis; gradus eiusdem nudi erunt sed benè mundi pro Sacerdotis prostratione. Credentia simplex linteo cooperta in superiori parte tantùm, cum necessarijs tantùm ad officium nempe bursa cum corporali, & purificatorio, ampullis vini, & aquæ, vase vitreo ad ablutionem digitorum, Missalibus duobus, & cussino, mappa longa pro altari, vel longo albo pro celebrantis humeris ad Sacramentum reportandum, & candelabris Acolythorum cum candelis ex cera communi. Procedunt igitur Sacerdos cum ministris vnus post alium, vt ad missam, præcedentibus Acolythis sine candelabris, & ministri sine dalmaticis: cum verò peruenerint ad altare, ante illud prostrati aliquandiu orant, quapropter conuenit, vt sub eorum capitibus ponantur cussini coriacei, vel simplices, non tamen de ijs qui sunt ad vsum Missæ in altari, sed nullo

modo

modo vestiri debent gradus altaris panno nigro.

2 Dum orat Sacerdos cum ministris, Acolythi interim vnam tantùm tobaleam super illud extendunt, & prætereà Missale cum cussino superaltare apertum collocatur. Sacerdos cum ministris facta oratione, ascendit adaltare, & osculatur illud in medio. Deinde lector accedit ad legendam prophetiam in loco vbi legitur Epistol. sed in fine, non osculatur manum celebrantis.

3 Finito tractu Sacerdos in cornu Epistol. dicit *Oremus*, Diaconus genuflectit ante alios dicens *flectamus genua*. Subdiaconus ante alios surgens dicit, *Leuate*, solus stat celebrans, ad orationem ministri stant. Tùm Subdiaconus cantat lectionem in tono Epistolę, sed in fine non osculatur manum celebrantis.

Finito tractu dicitur Passio super nudum pulpitum, quam celebrans

brans submissa voce legit in cornu Epistolæ stans paulo versus cantores, & stantibus ministris vt ad introitum Missæ, scilicet Diacono stante a dextris celebrantis, & Subdiacono a dextris Diaconi, sed cum legit ipse, *Tradidit Spiritum*, non genuflectit, quia non legit in cornu Euangelij Lecta vero etiam postrema parte in eodem cornu quæ vicem gerit Euangel. conuertit se ad cantores Passionis, qui induti sunt amictu alba cingulo, stola diaconali nigra cum manipulo, & pręstant omnia, quæ superius notata sunt pro die Palmarum tit. 7.

5 Ad ea verba Cantorum. *Tradidit spiritum*, omnes quidem genuflectunt, sed celebrans, & alij versus altare, Diaconi cantores versus librum; signumque surgendi post pausam datur a Diacono, qui Euangelistam agit, eo ipso quod surgit. Pausa erit vnius *Pater noster*. Quare non

placet

placet dari signum a celebrante, manu cum strepitu super librum deposita; fit autem prædicta genuflexio ambobus genibus in terra positis.

6 Quod sequitur legitur in tono Euangel. & dicitur *Munda cor meum*. Sed non petitur benedict. non deferuntur luminaria, neque incensum. Diaconus etiam non signat librum neque seipsum, Acolythi medium tenent. Subdiaconum; qui sustentat librum, quem non tradit in fine osculandum celebranti.

7 Deinde Sacerdos stans in eodem cornu Epistolæ, incipit absolutè orationes; tunc vero ministri stant post celebrantem vnus post alium. Celebrans dicit monitiones manibus iunctis, orationes vero manibus extensis, neque vnquam genuflectit.

8 Completis orationibus Sacerdos deposita casula accedit ad cornu Epistol, & ibi in posteriori

parte

parte anguli altaris accipit à Diacono Crucem iam in altari præparatam, quam versa facie ad populum à summitate parum discooperit, incipiens solus Antiph. *Ecce lignum Crucis*, Ac deinceps in reliquis iuuatur in cantu à ministris, vsque ad *Venite adoremus*: choro autem cantante *Venite adoremus*, omnes se prosternunt excepto celebrante. Hæc prostratio non fit vsque ad terram, sed genibus flexis, & capite valde demisso deinde celebrans prosequitur secundo, & tertio prout satis clarè notatur in Missali. Sed nota quod aduerbium *Altiùs*, concordat cum verbo *Incipit*, nedum cum solo verbo *Eleuans*, ita vt & vocem & crucē eleuare debeat altiùs Sacerdos vna simul.

9 Postea portat celebrans crucem sine vlla genuflexione facta altari. Acolythi dum denudatur crux, extendunt tapete pulchrum cum cussino pretioso, & vello longo

go albo ſupra gradus altaris verſus planum capellæ. Genuflexus celebrans, ibidem deponit Crucem ſuper velum, & cuſſinum. Mox depoſitis calceamentis à latere Epiſtolæ propè ſcamnum illic paratum ad ſedendum, accedit ad adorandum Crucem, ter genua flectens antequàm eam deoſculetur. Celebrans adorat ſolus, & facta adoratione reuertitur, & accipit calceamenta, & caſulam. Deinde miniſtri ſimul procedunt ad adorandum, & Diaconus quidem cum ſtola ſua latiori, quam non deponit vſque ad finem officij. Subdiaconus autem in albis ex vſu Romano, alij de Clero in ſuo quiſque habitu chorali, calceis tantùm depoſitis ex laudabili conſuetudine.

10 Conuenit autem vt vniformis ſit omnium actio pro locorum conſuetudine, tum in oſculo membrorum crucifixi: tum in æquali pauſa qua ſinguli genua

fle-

flectunt. Ad singulas orationes dici potest versus. *Adoramus te Christe, & benedicimus tibi, quia per sanctam Crucem tuam redemisti mundum.*

11 Ordo adorationis est, vt quilibet laicus, etiam princeps post Clerum adoret. Prælati vero si qui adsunt post celebrantem. Interim dum fit hæc adoratio, cantantur improperia, & alia quæ sequuntur vt in Missali.

12 Circa finem adorationis accenduntur candelæ super altare, & item eæ, quæ super credentiam habentur pro Acolythis, & Diaconus accipiens bursam corporalium, extendit corporale more solito, & iuxta illud ponit purificatorium ad cornu Epistolæ loco solito, & tunc etiam transfertur a Cæremoniario Missale ad cornu Euangel. cum cussino, & finita adoratione, Crucem reuerenter accipit, & reportat ad altare, quo casu reuerentiam nemini faciat,

ciat. Sed & celebrans assurgat transeunti Cruci, cui genuflectit simul cum Subdiacono, quod hodie faciunt omnes omnino, nemine excepto in honorem Crucifixi Domini nostri. Amoueantur statim ab Acolythis tapetes, & cussinus cum velo.

13 Si multus adest populus, poterit collocari alia crux à Sacerdote cum stola nigra ante altare aliud ad quam adorandam accedant tum mares, tum fęminæ ne processio nimis differatur, & officium sequens.

14 Postea ordinatur, processio ad locum, vbi pridiè Sacramentum repositum fuerat, præcedit Subdiaconus cum Cruce inter Acolythos deferentes candelabra, cum cereis accensis, hoc est, alter paratus vt Subdiaconus Missæ (excepto manipulo) sine dalmatica. Defert autem Crucem processionalem discoopertam. Duo thuriferarij præcedunt Sub-

diaconum sine incenso in thuribulo ; quia nondum est processio sacra, sed aditus ad eã & ideo itur ad locum destinatum , per breuiorem viam. Ibi omnes genuflexi orant , exceptis Subdiacono (qui gestat Crucem) & Acolythis.

15 Cum peruentum fuerit ad locum Sacramenti , accenduntur intorticia, quæ non extinguuntur nisi post sumptionem Sacramenti , & Sacerdos genuflectit ante Sacramentum, ac orat aliquantulum . Diaconus interim aperit capsulam in qua reconditum est Corpus Domini: postea Sacerdos surgens absque benedictione imponit incensum in duobus thuribulis , Diacono nauiculam ministrante, sine osculis rerum, & manuum quæ omnino omittuntur in hoc officio , & genuflexus ter incensat Sacramentum , facta cum ministris ante , & post , profunda capitis inclrnatione. Et statim imponitur humeris eius velum album,

bum, non nigrum. Tum Diaconus extrahens calicem de capsula statim dat ad manus Sacerdotis genuflexi, & tegit extremitatibus veli, quod humeros illius circundat, & procedunt ordine quo venerunt: defertur baldachinum album, non nigrum, super Sacramentum, & duo Acolythi continue Sacramentum incensant, interim cantatur hymnus *Vexilla Regis prodeunt*. Subdiaconus Crucis deposita Cruce, vbi minus impediat in latere Epistolæ genuflectit. Acolythi deponunt candelabra super credentia, clerus in plano capellæ circumdat altare genibus flexis.

16 Cum venerit Sacerdos ad altare posito super illud Calice hoc est vt pridiæ cum ministerio Diaconi, nam Diaconus genuflexus accipit Calicem de manu celebrantis stantis, & deponit super altare, genuflectit, descendit, ministrat nauiculam stanti Sacerdoti

pro impositione incensi, & deposito humerorum velo, celebrans genuflexus rursus incensat Sacramentum vt prius. Recedit alter ex Thuriferarijs post hanc incensationem. Deinde accedens Sacerdos ad altare & facta genuflexione, ac amoto a Diacono velo albo paruo a calice, deponit hostiam è calice super patenam, quam Diaconus tenet, & accipiens patenam de manu Diaconi, hostiam sacram ponit super corporale nihil dicens. Neque debet sponte tangere Sacerdos hostiam, neque ideo prius lauare manus (quod aliqui perperam scripsere) si tamen accidat vt tangat, purificet statim digitos, quod in hac rubr. sub conditione dicitur, non iubetur. Interim Diaconus imponit vinum in calicem, & subdiaconus aquam quam Sacerdos non benedicit, nec dicit oration. consuetam, sed accipiens calicem a Diacono, ponit super altare nihil

hil dicens, nec faciens signum crucis cum calice, vti nec facit cum patena, & Diaconus illum cooperit palla.

17 Deinde Sacerdos imponit incensum in Thurbuilo absque benedictione, nihil dicens, & incensat oblata, & altare, more solito genuflectens ante & post, & quandocumque transit ante Sacramentum:

18 Cum incensat oblata dicit *Incensum istud*, &c. nec ipse incensatur, sed aliquantum extra altare in cornu Epistolæ lauat manus facie ad populũ versa. Deinde in medio altaris inclinatus, iunctis manibus super altare vt alias, dicit quæ not. in Miss. Tum versùs ad populum in cornu Euang. dicit *Orate fratres*, sèd dum se vertit caueat, ne vel minimum terga vertat Sacramento, & per eandem viam reuertitur non perficiens circulum, & omissi alijs dicit: &c. (*suspiciat*) omittitur:

brans submissa voce legit in cornu Epistolæ stans paulo versus cantores, & stantibus ministris vt ad introitum Missæ, scilicet Diacono stante a dextris celebrantis, & Subdiacono a dextris Diaconi, sed cum legit ipse, *Tradidit Spiritum*, non genuflectit, quia non legit in cornu Euangelij. Lecta vero etiam postrema parte in eodem cornu quæ vicem gerit Euangel. conuertit se ad cantores Passionis, qui induti sunt amictu alba cingulo, stola diaconali nigra cum manipulo, & prestant omnia, quæ superius notata sunt pro die Palmarum tit. 7.

5 Ad ea verba Cantorum. *Tradidit spiritum*, omnes quidem genuflectunt, sed celebrans, & alij versus altare, Diaconi cantores versus librum; signumque surgendi post pausam datur a Diacono, qui Euangelistam agit, eo ipso quod surgit. Pausa erit vnius *Pater noster*. Quare non

placet

placet dari ſignum a celebrante, manu cum ſtrepitu ſuper librum depoſita; fit autem prædicta genuflexio ambobus genibus in terra poſitis.

6 Quod ſequitur legitur in tono Euangel.& dicitur *Munda cor meum*. Sed non petitur benedict. non deferuntur luminaria, neque incenſum. Diaconus etiam non ſignat librum neque ſeipſum, Acolythi medium tenent. Subdiaconum; qui ſuſtentat librum, quem non tradit in fine oſculandum celebranti.

7 Deinde Sacerdos ſtans in eodem cornu Epiſtolæ, incipit abſolutè orationes; tunc vero miniſtri ſtant poſt celebrantem vnus poſt alium. Celebrans dicit monitiones manibus iunctis, orationes vero manibus extenſis, neque vnquam genuflectit.

8 Completis orationibus Sacerdos depoſita caſula accedit ad cornu Epiſtol, & ibi in poſteriori

parte

parte anguli altaris accipit à Diacono Crucem iam in altari præparatam, quam versa facie ad populum à summitate parum discooperit, incipiens solus Antiph. *Ecce lignum Crucis*, Ac deinceps in reliquis iuuatur in cantu à ministris, vsque ad *Venite adoremus*: choro autem cantante *Venite adoremus*, omnes se prosternunt excepto celebrante. Hæc prostratio non fit vsque ad terram, sed genibus flexis, & capite valde demisso deinde celebrans prosequitur secundo, & tertio prout satis clarè notatur in Missali. Sed nota quod aduerbium *Altiùs*, concordat cum verbo *Incipit*, nedum cum solo verbo *Eleuans*, ita vt & vocem & crucē eleuare debeat altiùs Sacerdos vna simul.

9 Postea portat celebrans crucem sine vlla genuflexione facta altari. Acolythi dum denudatur crux, extendunt tapete pulchrum cum cussino pretioso, & vello longo

go albo ſupra gradus altaris verſus planum capellæ. Genuflexus celebrans, ibidem deponit Crucem ſuper velum, & cuſſinum. Mox depoſitis calceamentis à latere Epiſtolæ propè ſcamnum illic paratum ad ſedendum, accedit ad adorandum Crucem, ter genua flectens antequàm eam deoſculetur. Celebrans adorat ſolus, & facta adoratione reuertitur, & accipit calceamenta, & caſulam. Deinde miniſtri ſimul procedunt ad adorandum, & Diaconus quidem cum ſtola ſua latiori, quam non deponit vſque ad finem officij. Subdiaconus autem in albis ex vſu Romano, alij de Clero in ſuo quiſque habitu chorali, calceis tantùm depoſitis ex laudabili conſuetudine.

10 Conuenit autem vt vniformis ſit omnium actio pro locorum conſuetudine, tum in oſculo membrorum crucifixi: tum in æquali pauſa qua ſinguli genua fle-

flectunt. Ad singulas orationes dici potest versus. *Adoramus te Christe,& benedicimus tibi, quia per sanctam Crucem tuam redemisti mundum.*

11 Ordo adorationis est, vt quilibet laicus, etiam princeps post Clerum adoret. Prælati vero si qui ad sunt post celebrantem. Interim dum fit hæc adoratio, cantantur improperia, & alia quæ sequuntur vt in Missali.

12 Circa finem adorationis accenduntur candelæ super altare, & item eæ, quæ super credentiam habentur pro Acolythis, & Diaconus accipiens bursam corporalium, extendit corporale more solito, & iuxta illud ponit purificatorium ad cornu Epistolæ loco solito, & tunc etiam transfertur a Cæremoniario Missale ad cornu Euangel. cum cussino, & finita adoratione, Crucem reuerenter accipit, & reportat ad altare, quo casu reuerentiam nemini faciat,

ciat. Sed & celebrans assurgat transeunti Cruci, cui genuflectit simul cum Subdiacono, quod hodie faciunt omnes omnino, nemine excepto in honorem Crucifixi Domini nostri. Amoueantur statim ab Acolythis tapetes, & cussinus cum velo.

13 Si multus adest populus, poterit collocari alia crux à Sacerdote cum stola nigra ante altare aliud ad quam adorandam accedant tum mares, tum fęminæ ne processio nimis differatur, & officium sequens.

14 Postea ordinatur, processio ad locum, vbi pridiè Sacramentum repositum fuerat, præcedit Subdiaconus cum Cruce inter Acolythos deferentes candelabra cum cereis accensis, hoc est, alter paratus vt Subdiaconus Missæ (excepto manipulo) sine dalmatica. Defert autem Crucem processionalem discoopertam. Duo thuriferarij præcedunt Sub-

diaconum sine incenso in thuribulo; quia nondum est processio sacra, sed aditus ad eā & ideo itur ad locum destinatum, per breuiorem viam. Ibi omnes genuflexi orant, exceptis Subdiacono (qui gestat Crucem) & Acolythis.

15 Cum peruentum fuerit ad locum Sacramenti, accenduntur intorticia, quæ non extinguuntur nisi post sumptionem Sacramenti, & Sacerdos genuflectit ante Sacramentum, ac orat aliquantulum. Diaconus interim aperit capsulam in qua reconditum est Corpus Domini: postea Sacerdos surgens absque benedictione imponit incensum in duobus thuribulis, Diacono nauiculam ministrante, siue osculis rerum, & manuum quæ omnino omittuntur in hoc officio, & genuflexus ter incensat Sacramentum, facta cum ministris ante, & post, profunda capitis inclrnatione. Et statim imponitur humeris eius velum al-

bum,

bum, non nigrum. Tum Diaconus extrahens calicem de capsula statim dat ad manus Sacerdotis genuflexi, & tegit extremitatibus veli, quod humeros illius circundat, & procedunt ordine quo venerunt: defertur baldachinum album, non nigrum, super Sacramentum, & duo Acolythi continue Sacramentum incensant, interim cantatur hymnus *Vexilla Regis prodeunt*. Subdiaconus Crucis deposita Cruce, vbi minus impediat in latere Epistolæ genuflectit. Acolythi deponunt candelabra super credentia, clerus in plano capellæ circumdat altare genibus flexis.

16 Cum venerit Sacerdos ad altare posito super illud Calice hoc est vt pridiæ cum ministerio Diaconi, nam Diaconus genuflexus accipit Calicem de manu celebrantis stantis, & deponit super altare, genuflectit, descendit, ministrat nauiculam stanti Sacerdoti

hil dicens, nec faciens signum crucis cum calice, vti nec facit cum patena, & Diaconus illum cooperit palla.

17 Deinde Sacerdos imponit incensum in Thurbuilo absque benedictione, nihil dicens, & incensat oblata, & altare, more solito genuflectens ante & post, & quandocumque transit ante Sacramentum:

18 Cum incensat oblata dicit *Incensum istud*, &c. nec ipse incensatur, sed aliquantum extra altare in cornu Epistolæ lauat manus facie ad populũ versa. Deinde in medio altaris inclinatus, iunctis manibus super altare vt alias, dicit quæ not. in Miss. Tum versùs ad populum in cornu Euang. dicit *Orate fratres*, sèd dum se vertit caueat, ne vel minimum terga vertat Sacramento, & per eandem viam reuertitur non perficiens circulum, & omissi alijs dicit: &c. (*suspiciat*) omittitur.

19 Sacerdos sub silentio, dicto *Amen*, eadem voce qua dixit *Pater noster*, ad quod Diaconus debet descendere vt aliàs cum Subdiac. post celebrantem, absoluè sine *Oremus*, in tono orationis Missæ ferialis dicit *Libera nos* extensis manibus. Sed non se signat cum patena vt alias. Tunc celebrans facta reuerentia vsque ad terram supponit patenam Sacramento, quod in dextra accipiens, eleuat vt videri possit à populo; non eleuatur patena quam tenet manu posita super altare; nec eleuatur planeta, nec incensatur hostia: eleuatur autem altera tantùm manu ad differentiam eleuationis, quæ fit post consecrationem, ne videatur hac die de nouo consecrata.

25 Posteà diuidit statim suprà calicem in tres partes. Diaconus autem cum debitis reuerentijs discooperit, & cooperit calicem, vt aliàs. Celebrans verò vltimam par-

particulam mittit in calicem nihil dicens, & sine vllo crucis signo, quod vltimum firmauit decret. Sacr. Rit. Congr. 28. August. 1627. *Pax Domini* non dicit, neq; *Agnus Dei*, neque pacis osculum datur. Postmodum prætermissis duabus orationibus, tertia dicitur manibus iunctis super altare. Fit communio Sacerdotis vt in Missali, ad quam ministri stant capite profundè inclinato, vt alias. Deinde Diaconus calicem discooperit, & cum celebrante genuflectit, ac omissis quæ dici solent ante sumptionem sanguinis, immediatè particulam hostiæ cum vino sumit reuerenter de calice. Sed non se signat cum calice, quod decreuit Sacr. Rituum Congreg. 28. Aug. 1627. & more solito facta ablutione, non calicis, sed digitorum tantum in calice, ministrante Subdiacono ampullas, & sumpta purificatione in medio altaris inclinatus, dicit manibus

iunctis, *Quod ore* &c. Extinguuntur hoc loco dum fit ablutio, non prius cerei a clero delati.

21 Non dicitur Corpus tuum Domine, nec Postcommunio, nec Placeat, nec datur benedictio, sed Diaconus librum claudit; Subdiaconus plicato corporali, & in bursam reposito, reportat, calicem ad credentiam; & postremò cum debitis reuerentijs redeunt omnes vnde & modo quo venerant, tum dicuntur vesperæ sine cantu.

22 Postea denudatur altare ab Acolythis, a quibus, & nudatur credentia, & candelæ extiguuntur post Vesper. Si reportanda est Crux, vt eam populus adoret, ad priorem seu alium locum; supoonantur, eidem, eadem quæ prius, & decet eam portari ab alio Sacerdote post Vesperas, Sed deceret magis aliam Crucem poni pro adoratione populi, post adorationem primam.

23 Pyxis quæ remansit cum

par

particulis in loco pro calice, & hostia deputato, portatur ad aliud sacellum, in loco remotiori præparatum, cum luminibus, ne in Ecclesia sint luminaria in Matutinis sequentibus, & officio Sabbati vltra præscripta.

24 Occurrente festo Annuntiationis B. Virginis in Parasceue, non tenentur fideles interesse Officio prædicto. Ita decr. Sacr. Rit. Congreg. 19. Februar. 1622. & eadem die respondit eadem Sacra Cong. non ministrandam esse, nisi infirmis, hac die Eucharistiam, etiam ratione festi.

25 Abrogatus fuit abusus deferendi nocte in hac feria SS. Sacramentum, a Sac Congreg. Cardinalium super nèg. Episc. 22. Martij. 1596. vt alienus a ritu S. Rom. Ecclesiæ, quæ occultat his diebus Eucharistiam, & in aliud tempus ideò distulit processionem, & festum Corporis Christi.

De Sabbato Sancto. Tit. 10.

1 HOra competenti cooperiuntur altaria. Sed conuenit duplici pallio vestiri altare maius violaceo nimirum, super album, ita vt remoueri citò queat violaceum, circa finem Litaniarum. Interim dicuntur Horæ, candelis altaris extinctis vsque ad principium Missæ; sed super altare candelæ erunt ex cera alba. Cereus etiam benedicendus, collocabitur cum suo candelabro in latere Euang. Ante cereum; legile vestitum veste alba, & super illud Missale clausum: interim excutitur ignis de lapide foris Ecclesiam, & ex eo accenduntur carbones. Dicta nona, Sacerdos indutus amictu, alba, cingulo, stola, & pluuiali violaceo (vel sine casula) astantibus sibi Ministris, paratis violaceis, sine manipulis, & sine dalmaticis procedit ad benedicendum ignem: crucem gestat Subdiaconus, quem præcedunt

Aco-

Acolythi tres, cum aqua benedicta: Thuribulo ſine igne, cum nauicula, & peluicula, cum quinque granis incenſi, & hoc eodem ordine ad portam procedunt.

2 Cum celebrans peruenerit ante portam Eccleſiæ (ſi commodè fieri poteſt) vel in ipſo aditu Eccleſię benedicit nouum ignem.

3 Crux cum Subdiacono debet eſſe in porta, ante faciem celebrantis, ignis autem in foculo ſuper aliquod ſcamnum coram celebrante; vbi etiam forcipes ferrei, & candelulæ, cum lignis ſulphuratis, parari debent. Orationes dicit celebrans manibus iunctis; & Diaconus eleuat fimbriam pluuialis, quando *Sacerdos* manu benedicturus eſt ignem, & grana incenſi. Quæ quinque grana ſunt benedicenda ſeorſim, propria benedictione, nulla alia addita quantitate incenſi.

4 Dum benedicit grana incenſi, Acolythus aſſumens de carboni-

bus benedictis, ponit in thuribulo, & finita oratione, Sacerdos de nauicula, à Diacono ministrata more solito (qui & ministrat cum osculis aspersorium, & Thuribulum celebranti) ponit incensum in thuribulo, benedicens illud de more; deinde prædicta grana incensi, & ignem, ter aspergit, in medio, à dextris rerum benedictarum, & à sinistris earundem, dicens, *Asperges, &c* & ter adolet incenso, vti aspersit. Interim omnia luminaria Ecclesię extinguuntur, vt de igne benedicto postmodum accendantur.

5 Tum Diaconus indutus dalmatica albi coloris, & manipulo ac stola eiusdem coloris (accipit hic paramenta alba, deposita stola violacea; Subdiaconus hic etiam manipulum violaceum sumit) Diaconus igitur sic indutus accipit arundinem cum tribus candelis in summitate illius, triangulo distinctis. Solet arundo ornari flo-

floribus, seu ita ornetur, vt appareat ex parte arundo non baculus, aut quid aliud. Præcedit Thuriferarius posito prius incenso à celebrante in Thuribulum, more solito: pergit cum eo Acolythus deferens quinque grana incensi, nempe à dextris Thuriferarij. Sequitur Subdiaconus cum Cruce, & clerus per ordinem; deinde Diaconus cum arundine (ad cuius sinistram eat Acolythus cum candela accensa de nouo igne, & si opus est intra laternam, ne à vento extinguatur in processione) & celebrans post eum. Cum Diaconus ingressus est Ecclesiam, & celebrans etiam (non ante) inclinat arundinem vt celebrans quoque genuflectat in Ecclesia, & Acolythus deferens candelam accensam de nouo igne, accendit vnam ex tribus candelis desuper positis, & Diaconus eleuans arundinem,

ge-

genuflectit, similiter, & omnes alij, & alia præstat, quæ præscribuntur proprio loco in Missali hac ipsa die: Subdiaconus tamen Crucem ferens non genuflectit, vt ibi notatur. Cum peruenerit ante altare, & dixerit tertiò *Lumen Christi*. Sacerdos ascendit ad altare in cornu Epistolæ, & Diaconus dat arundinē vni Acolytho, & accipiens librum petit à celebrante benedictionem, vt fit ad Euangelium.

6. Postea vadit ad pulpitum, & ponit super eo librum, & incensat. A dextris Diaconi, stent Subdiaconus cum Cruce, & Thuriferarius; a sinistris duo Acolythi, ille qui tenet arundinem, & alius tenens in vase quinque grana incensi benedicta, figenda in cereo. Tunc surgentibus omnibus, & stantibus, cantat Diaconus, non signans librum, neque se ipsum, neque imponens de nouo incensum in Thuribulum. Ministri

verò

verò hinc inde ſtantes, reſpiciunt librum vt Diaconus, rectam quaſi efformantes lineam, cum Diacono medio, ita vt latera, non terga vertant altari.

7 Ordo figendi grana eſt vt primum in ſuperiori parte, alterum in media, tertium in inferiori, quartum in dextra cerei, quintum in ſiniſtra.

8 Diaconus accendit cereum, cum vna ex tribus candelis in arundine poſitis, & non cum alia candelula. Accenduntur deinde lampades ſumpto lumine ex cereo, vel ex candelis arundinis.

9 In fine benedictionis cerei, excepto Papa, Epiſcopo, & Imperatore, cui additur electi titulus ſi non eſt coronatus, nemo alius nominari debet, inconſulta Sede Apoſtolica, vti nec pridiè in orationibus.

10 Sede Romana, vel Epiſcopali vacante tacetur nomen Papæ,

pæ, aut Episcopi.

11 Completa benedictione cerei, Diaconus depositis albis, sumit violacea paramenta, & vadit ad celebrantem, qui exuitur pluuiali, & sumit manipulum, & casulam violacei coloris. Interim Crux deponitur à Subdiacono in loco decenti, & arundo stabilitur pede marmoreo præparato non procul a cereo, posteà leguntur prophetiæ in medio chori, vel in ambone, vel ante altare. *Lectores autem non osculantur in fine manum celebrantis, neque recedunt, nisi dicto* Leuate, *à Subdiacono.*

12 Orationes dicit celebrans vt in Missa, extensis manibus. *A ministris illud obseruandum est vt dum celebrans prophetias legit, assistant sicut ad introitum Missæ idest, Diaconus à dextris celebrantis, Subd. à dextris Diaconi, & dum orationes dicit, stent vnus post alium.*

13 Si

13 Si sedere voluerit celebrans post lectam in altari prophetiam, sedeat ad scamnum consuetum, sed nudum, in latere Epistol. Eat autem per viam breniorem cum ministris,&redeat per longiorem, cum debitis reuerentijs ante medium altaris.

14 Nullo modo sedeat celebrans ante altare, quod Episcopo tantum,& vtentibus Episcopalibus conceditur.

15 His expletis, si Ecclesia habuerit fontem Baptismalem. Sacerdos deposita casula, & manipulo accipit pluuiale violaceum, & præcedente Cruce cum candelabris, & cereo benedicto accenso (qui portatur ante Crucem) descendit cum clero & Ministris ad fontem.

16 Iubetur aspersio populi, cum aqua fontis ( ante olei infusionem) & eiusdem aquę reseruatio, ad aspergendum in domibus vel alijs locis.

17 Fi-

*17 Finita benedictione fontis, cantari debent Litania, at non apud fontem, sed cum peruentum fuerit ante altare, & non prius.*

18 Vbi non est fons baptismatis finita vltim. oratione, celebrans deponit casulam & cum ministris ante altare procumbit, & hi quoq; procubūt in albis, depositis planetis plicatis vbi habent. Cussini coriacei dari possunt tam illis quam celebranti sub eorum capitibus; sicque omnibus alijs genuflexis cantantur Litaniæ a duobus Cantoribus in medio chori, vtroque choro idem simul respondente. Aliqui scripsere perperam geminandum à Cantoribus *Per resurrectionem*, quod est contra bullam Pij V. quæ additiones prohibet.

19 Ad versum *Peccatores* discedunt Sacerdotes, & ministri ad sacristiam, paramenta alba accepturi; hoc quidem si vicina est, si verò remotior discedunt in locum vici-

ciniorem, & decentem, vel post altare, si fieri potest. *Omninò ante altare nemo inferior Episcopo e vestiendus, licèt loci superior sit st nisi vtatur Mitra.*

20 Interim accenduntur luminaria, & pallium violaceum remouetur ab altari, ornaturque credentia cum suis necessarijs, ad Missam solemnem vt moris est.

21 In fine Litaniarum cantatur solemniter *Kirie eleison*, sed ita lentè, vt Sacerdos, & Ministri queant procedere ad altare.

22 Finita incensatione altaris quæ fit more solito celebrans dicit cum ministis nouies, *Kyrie eleison*, submissa voce: tùm incipit solemniter *Gloria in excelsis*, & pulsantur campanæ quando incipitur hymnus, non prius. Sed auerte, ne maiores campanæ pulsentur, antequam signum datum fuerit in Cathedrali; seu matrice Ecclesia, ex decr. Sacr. Rit. Congr. 21. Maij 1609. & eæ tantum eo casu

casu pulsabuntur quæ sunt intra parietes Ecclesiæ. Dato deinde signo cathedrali, seu matrice, dabitur etiam (licet detur longe post *Gloria in Excelsis*) solemne signum ab omnibus alijs Ecclesijs cum campanis maioribus. Per matricem intellige quoque parochialem in Diœcesi: & si plures sint parochiales, eam quæ alijs maior est dignitate: Nam ante matricem hanc, non sunt pulsandæ campanæ a confratrijs ex alio decreto Sacr. Rit Congr. 19. Febr. 1608.

23 Finita Epistola, celebrans incipit, *Alleluia* in cornu Epistol. osculata prius eius manu a Subd. & dum cantatur, stant omnes. Celebrans post cantatum a se tertio *Alleluia*, & dictis quæ sequuntur, transit ad cornu Euangel. lecturus Euang. more solito.

24 Ad Euangel. non portantur luminaria, sed tantum incensum, petitur benedictio, & alia

siunt

fiunt de more.

25 Subdiaconus post traditionem libri Euangeliorum osculandi Sacerdoti defert ad altare vna cum calice bursam corporalium. Ad *Lauabo* dicitur *Gloria Patri*. Ad Vesp. non deponitur a Sacerd. casula, vt accipiat pluuiale, quia non dum est finita Missa.

26 Cõuenit vt Ant. *Allel.* inchoetur a digniori qui est in choro.

27 Ministri dicunt cũm celebrãte psalmum, & *Magnificat* in cornu Epistol. vt stant ad introitum Missæ: incensatio item fit eodem modo, quo initio Missæ, sed præterea incensantur alij in choro.

28 Quando multi sunt qui commode eo die sacrificio publico interesse non possunt, quod accidere potest quando festum Annunciationis incidit in Sabbatum sanctum, tunc de licentia superioris celebrari potest, alias non, & nisi post inchoatum saltem solemne sacrificium. Quo casu fortè

suf-

sufficit incipere a confessione qua finita dicat Sacerdos *Kyrie eleison* nouies, & reliqua cum vesperis vsque ad finem Missæ. *Gemma lib.* 3. *cap.* 118.

29 Festi cuius officium transfertur nulla prorsus quod ad Missam attinet, haberi debet ratio: & multo minus votiua Missa dici debet, ne quidem pro re graui, nedum pro arbitrio. Idem dicendum de communione cleri, seu laicorum in festo Annunciationis in sabbato sancto; nullus enim debet communicare in hac Missa quæ noctis, & ideo non dicitur communio.

### *De cereo Accendendo.*
### *Appendix.*

30 SAcr. Rituum Congreg. 19. Maij. 1607. Censuit regulariter posse accendi ad Missam, & vesperas solemnes in triduo paschatis, in sabbato in albis, & Dominicis vsque ad Ascensionem. In alijs; seruandam esse locorum

rum consuetudinem.

31 Si dicatur Missa parochialis, non solemnis, ad eam item die dominico accendi potest.

32 Candelę tres in arundine positæ, non vltra Vesperas Sabbati sancti ardere debent.

*De die Sancto Pasche vsque ad festum Trinitatis. Tit.* 11.

1 IN missis quæ dicuntur infr. octau. Paschatis cum paramentis violaceis, puta Litaniarum maiorum, seu pro publica necessitate, non dicitur duplex *Alleluia* ad *Benedicamus Domino*, quia duplex *Alleluia*, est proprius ritus Miss. Pascalis & lætitiæ.

2 Ocurrunt in hoc tempore Paschali Litaniæ maiores & minores seu Rogationes, & maiores quidem in festo S. Marci, etiamsi festum cum eiusdem Missa contingat transferri.

3 *Si terminatur processio Litaniarum maiorum ad Ecclesiam S. Marci, cantatur ibi Missa de S.*

*Marco,*

*Marco, ex decreto Sacr. Rituum Congreg. 23. Maij. 1603, alioquin cantantur duæ Missæ, una de festo, alia de Litanijs.*

4 Si occurant in die Paschatis, transferuntur in feriam 3. seq. ex decret. Sacr. Rituum Congregat. 15 Septẽbris 1627. & in Miss. de Rogationibus, quæ dici debet sine comemor. oct. Pasch. dicitur præf. Paschalis cum suo cantu feriali.

5 Litaniæ minores fiunt triduo ante Ascensionem.

6 Missa processionum tres habet orat. sine *Gloria*, sine *Credo* & sine comm. cuiscumque festi occurent de quo si nouem lect. est, cantatur alia Missa, præfatio semper est Paschalis, sed dicitur cum cantu feriali.

7 In fer. 3. Rogat in Miss. priu. fiat de festo nouem lect. in illius Miss. fit comm. Rogat. *Si fiat officium de simplici festo, potest dici Miss. de eo, cum comm. Rogat. vel*

*Miss.*

*Miss. Rog. cum comm. festi.*

8 Si festum non occurrat dicitur Miss Rog. neque in ea fit com. de officio feriali quod peculiare est hac die.

9 Altarium minorum paramenta erunt offic. conformia, altaris autem maioris, & celebrantium in quocumque altari conformia erunt Miss. Rog.

10 In Vig. Ascens. dicitur Missa propria.

11 Si in ea occurrat festum 9. lect. dicuntur 3. Missæ in collegiatis: de festo post Tertiam, de vig. post Sextam: & de Rog. post Nonam, & in vnaquaq; harum 2. or. *Concede* 3. *Ecclesiæ*, vel pro Papa.

12 In priuatis si eo die occurrat fest. simplex 2. orat. erit de eo, 3. de Rogat. quæ in offic. nullam habent comm. Festum enim simplex præcedit 3 & 4. fer. Rog. in Mis. Si occurrat fest. 9. lect. Mis. erit de festo 2. orat. vig. 3. Rog.

13 In Ascensione Domini, ex-

tinguitur cereus Paschal. post Euangel.

14 In vig. Pentec. col. alb. vsque ad Nonam; violaceus vsque ad Miss. rubeus deinceps adhibetur, qui, & in priuat. Miss. huius diei quoad vestes celebrantium adhibendus; licèt celebrent ante nonam. De simplici non fit comm. etiam in Miss. priu. licet in offic. facta sit.

*De festo Trinitatis, & Domin. post Pentecost.* Tit. 12

1 IN festo Corporis Christi fit processio solemnissima cum paramentis albis.

2 In Cathedr. Eccles. seruentur ea quæ *in Cær. Episc. lib.* 2. *cap.* 33. habentur in minoribus verò eccl. ea quæ in rituali Rom. Pauli V. in Missa cantanda ne omittantur genuflexiones prescriptę coram SS. Sacramento patente. Habes supra par. 2. appendice secunda.

3 Finita Missa deponuntur manipuli, induit celebrans pluuiale extra

extra cornu Epistol. deinde procedit ante medium Altaris, vbi stās, imponit incensum sine benedictione, & genuflexus in supremo gradu, ter incensat Sacramentum in Tabernaculo ostensorio positum, ea ratione qua diximus in fer. 5. in Cœna Domini, supra tit. 8. Interim dum incensatur cantari potest, *O Sacrum Conuiuium*, vel *Tantum ergo*. Non deferatur tabernaculum SS. Eucharistiæ Sacerdotum humeris, sed manibus tantùm celebrantis, non obstante quauis alia consuetudine, quam abusum esse declarat Sac. Rituum Congr. 2. Iunij 1618. Imago verò quæ est in hostia, debet terga vertere celebranti & ita accidit, dum ab altari Diaconus tabernaculum accipit, & stans genuflexo celebranti immediatè, tradit.

5 In processione Clerus immediatè præcedat celebrantem cum cereis accensis, cæteri siue confratres, siue regulares, ante clerum

procedant, cereosque gestent omnes ea manu, quæ extima cuique est, altera pectori admota. Hymni decantentur alternatim; qui a celebrante cum Ministris dici potetunt submissa voce. Qui crucem defert, congruit vt veste Subdiaconali sit indutus, & procedat medius inter Acolythos, cum candelabris, & cereis accensis.

6 De baldachino, & hastarum distributione, diximus fer. 5. in Cęna Domini. De circulo, & via procedendi, standum est locorum cõsuetudini. *Rectius à latere Epist. proceditur ad latus Euang.*

7 In fine processionis Subdiaconus deponit crucem in loco decenti; Ceroferarij candelabra in credentia, & cum choro genuflectunt. Deposito Sacramento super altari, cum ministerio Diaconi, imponitur à stante celebrante sine benedictione incensum in Thuribulo; fit incensatio trina de more, cantante interim clero genuflexo,

ante

ante & circum altare, vltimo duodecim versus hymni *Pange lingua gloriosi*, *Tantum ergo*, &c. Quibus dictis, cantatur versus à duobus clericis *Panem de cælo*, &c. & à celebrante stante (Ministrisque genuflexis, & librum sustinentibus hic inde) dicitur *Dominus vobiscum*, cum oratione *Deus qui nobis*, &c. nihilque aliud addens ascendit ad altare, genuflectit, & ipsemet nullo Diaconi ministerio accipit velatis manibus tabernaculum benedicit cum eo populum (facie hostiæ ad eundem versa) in modum Crucis, semel, nihil dicens, & gyrum perficiens reuerenter reponit.

8 Tum genuflexione facta descẽdit ad gradus vt prius, & amoto velo a Subdiacono, Diaconus ascendit, genuflectit, & reponit, vel in locum altiorem, vt eo die colatur a populo pro locorũ consuetudine, vel velo contectum, in locum suum corporale, seu palla

 sem-

semper sit substrata tabernaculo, & velum longum eidem tabernaculo appensum, quod hinc inde cadat versus altaris latera, & a posteriori parte Tabernaculi vmbellula superaddatur. Emineat quoque locus supra locum reliquiarum.

9 Parietes viarum per quas est transeundum ornari debent tapetibus, & aulæis, & sacris imaginibus, non profanis. Actus autem scenici, vel ludicri, vel indecori omninò prohibentur.

10 Ardebunt candelæ vsque ad datam benedictionem inclusiuè: & Diaconus nihil osculabitur coram Sacramento.

11 Si cantantur Vesp. coram Sacramento patente, conuenit vt omnes stent aperto capite; quòd si sedeant, caput non tegant. Quod etiam obseruandum est in discessu, ne intrà cancellos cooperiatur caput.

12 Post 23. Dom. post Pentecost.

po-

ponuntur Missæ, quæ superfuerant post Epiphaniam, dato iisdem introitu, cum suis accessorijs mutuatis a Domin. 23. *Lege quæ notauimus supra de Dominicis post Epiph. tit. 4.*

13 Quatuor Temp. Septembris fiunt semper heb. 3. Septemb id est post Domin. 3 Septemb. In his quatuor Tempor. stationum finis est, quorum initium est in prima Dom. Aduent.

14 Vetus admodum est ab Apostolicis vsque temporibus ducta sacrarum stationum consuetudo, in quibus fidelium multitudo ad Apostolorum sepulchra, & fortissimorum Martyrum memorias conueniens, hymnis, & canticis spiritualibus, Deum in sãctis suis mirabilẽ laudabat, & salutaribus immaculatę hostię sacrificijs placabat, & aduersus multiplices antiqui hostis oppugnationes, tamquam in castris Dei, statione tutissima consistebant. *Hæc Sixtus V.*

*constit. 23. edita die 3. Februarij.* 1586. Ex quibus patet primò nomen stationis Ecclesiasticæ, translatum esse a statione militari. 2. Patet origo stationum a temporibus Apostolicis. Tertiò patet ritus stationis, qui nimirum erat potissimus in Missis celebrandis, vnde, & singulis Missis in stationibus, præfigitur in Missali locus stationis.

Loca stationalia sunt hodie 45. Stationes Quadragesimales 54. per annum 31. omnes 85. quia ad eundem locum sæpiùs itur.

*De rubricis proprijs Missarum de sanctis. Tit. 13.*

TRia de Sanctis sunt fieri solita, vigiliæ festa, & octauæ. Vigiliæ à pastoribus habuere initium, qui vigilias nascente Christo custodierunt; & tota nocte ante quædam festa vigilabatur à nostris, sed ob scandala noctu contingentia, ieiunio, & vigiliarum nomine retentis, vigiliæ fuerunt

in-

delas in medio ante altare, vel in cornu Epist. positas super mensa, in qua priùs parari debet, vas aquæ benedictæ, & thuribulum cum nauicula; in ipso verò cornu altaris collocetur Missale apertum, & ipse osculato priùs altari in medio, transit ad cornu Epist. (aptior est locus ad ritum) & ibidem stans medius inter ministros, hinc inde assistentes, dicit orationes cum eodem ritu, de quo supr. tit. 7. in Dom. Palm. Hinc repete ea quæ diximus, quæ communia sunt huic benedictioni, & processioni *Dicit autem orationes manibus iunctis.*

4 Benedicturo celebranti candelas manu, Diaconus eleuet fimbriam pluuialis anteriorem.

De incenso imponendo, aspersione aquæ, incensatione, & distributione satis superque diximus in benedictione Cinerum, & Palmarum est enim eadem ratio.

Facta benedictione, dignior è

*Marco, ex decreto Sacr. Rituum Congreg. 23. Maij. 1603, alioquin cantantur duæ Missæ, una de festo, alia de Litaniis.*

4 Si occurant in die Paschatis, transferuntur in feriam 3. seq. ex decret. Sacr. Rituum Congregat. 15 Septẽbris 1627. & in Miss. de Rogationibus, quæ dici debet sine comemor. oct. Pasch. dicitur præf. Paschalis cum suo cantu feriali.

5 Litaniæ minores fiunt triduo ante Ascensionem.

6 Missa processionum tres habet orat. sine *Gloria*, sine *Credo* & sine comm. cuiscumque festi occurent de quo si nouem lect. est, cantatur alia Missa, præfatio semper est Paschalis, sed dicitur cum cantu feriali.

7 In fer. 3. Rogat in Miss. priu. fiat de festo nouem lect. in illius Miss. fit comm. Rogat. *Si fiat officium de simplici festo, potest dici Miss. de eo, cum comm. Rogat. vel*

*Miss.*

*Miss. Rog. cum comm. festi.*

8 Si festum non occurrat dicitur Miss Rog. neque in ea fit com. de officio feriali quod peculiare est hac die.

9 Altarium minorum paramenta erunt offic. conformia, altaris autem maioris, & celebrantium in quocumque altari conformia erunt Miss. Rog.

10 In Vig. Ascens. dicitur Missa propria.

11 Si in ea occurrat festum 9. lect. dicuntur 3. Missæ in collegiatis: de festo post Tertiam, de vig. post Sextam: & de Rog. post Nonam, & in vnaquaq; harum 2. or. *Concede* 3. *Ecclesiæ*, vel pro Papa.

12 In priuatis si eo die occurrat fest. simplex 2. orat. erit de eo. 3. de Rogat. quæ in offic. nullam habent comm. Festum enim simplex præcedit 3. & 4. fer. Rog. in Mis. Si occurrat fest. 9. lect. Mis. erit de festo 2. orat. vig. 3. Rog.

13 In Ascensione Domini, ex-

tinguitur cereus Paschal. post Euangel.

14 In vig. Pentec. col. alb. vsque ad Nonam; violaceus vsque ad Miss. rubeus deinceps adhibetur, qui, & in priuat. Miss. huius diei quoad vestes celebrantium adhibendus; licèt celebrent ante nonam. De simplici non fit comm. etiam in Miss. priu. licet in offic. facta sit.

*De festo Trinitatis, & Domin. post Pentecost. Tit. 12*

1 IN festo Corporis Christi fit processio solemnissima cum paramentis albis.

2 In Cathedr. Eccles. seruentur ea quæ *in Cær. Episc. lib. 2. cap. 33.* habentur in minoribus verò eccl. ea quæ in rituali Rom. Pauli V. in Missa cantanda ne omittantur genuflexiones præscriptę coram SS. Sacramento patente. Habes supra par. 2. appendice secunda.

3 Finita Missa deponuntur manipuli, induit celebrans pluuiale extra

extra cornu Epistol. deinde procedit ante medium Altaris, vbi stãs, imponit incensum sine benedictione, & genuflexus in supremo gradu, ter incensat Sacramentum in Tabernaculo ostensorio positum, ea ratione qua diximus in fer. 5. in Cœna Domini, supra tit. 8. Interim dum incensatur cantari potest, *O Sacrum Conuiuium*, vel *Tantum ergo*. Non deferatur tabernaculum SS. Eucharistiæ Sacerdotum humeris, sed manibus tantùm celebrantis, non obstante quauis alia consuetudine, quam abusum esse declarat Sac. Rituum Congr. 2. Iunij 1618. Imago verò quæ est in hostia, debet terga vertere celebranti & ita accidit, dum ab altari Diaconus tabernaculum accipit, & stans genuflexo celebranti immediatè, tradit.

5 In processione Clerus immediatè præcedat celebrantem cum cereis accensis, cæteri siue confratres, siue regulares, ante clerum

procedant, cereosque gestent omnes ea manu, quæ extima cuique est, altera pectori admota. Hymni decantentur alternatim; qui a celebrante cum Ministris dici poterunt submissa voce. Qui crucem defert, congruit vt veste Subdiaconali sit indutus, & procedat medius inter Acolythos, cum candelabris, & cereis accensis.

6 De baldachino, & hastarum distributione, diximus fer. 5. in Cęna Domini. De circulo, & via procedendi, standum est locorum cõsuetudini. *Rectius à latere Epist. proceditur ad latus Euang.*

7 In fine processionis Subdiaconus deponit crucem in loco decenti; Ceroferarij candelabra in credentia, & cum choro genuflectunt. Deposito Sacramento super altari, cum ministerio Diaconi, imponitur à stante celebrante sine benedictione incensum in Thuribulo; fit incensatio trina de more, cantante interim clero genuflexo,

ante

ante & circum altare, vltimo duodecim versus hymni *Pange lingua gloriosi*, *Tantum ergo*, &c. Quibus dictis, cantatur versus à duobus clericis *Panem de cælo*, &c. & à celebrante stante (Ministrisque genuflexis, & librum sustinentibus hic inde) dicitur *Dominus vobiscum*, cum oratione *Deus qui nobis*, &c. nihilque aliud addens ascendit ad altare, genuflectit, & ipsemet nullo Diaconi ministerio accipit velatis manibus tabernaculum benedicit cum eo populum (facie hostiæ ad eundem versa) in modum Crucis, semel, nihil dicens, & gyrum perficiens reuerenter reponit.

8 Tum genuflexione facta descẽdit ad gradus vt prius, & amoto velo a Subdiacono, Diaconus ascendit, genuflectit, & reponit, vel in locum altiorem, vt eo die colatur a populo pro locorũ consuetudine, vel velo contectum, in locum suum corporale, seu palla

ſemper ſit ſubſtrata tabernaculo; & velum longum eidem tabernaculo appenſum, quod hinc inde cadat verſus altaris latera, & a poſteriori parte Tabernaculi vmbellula ſuperaddatur. Emineat quoque locus ſupra locum reliquiarum.

9 Parietes viarum per quas eſt tranſeundum ornari debent tapetibus, & aulæis, & ſacris imaginibus, non profanis. Actus autem ſcenici, vel ludicri, vel indecori omninò prohibentur.

10 Ardebunt candelæ vſque ad datam benedictionem incluſiuè: & Diaconus nihil oſculabitur coram Sacramento.

11 Si cantantur Veſp. coram Sacramento patente, conuenit vt omnes ſtent aperto capite; quòd ſi ſedeant, caput non tegant. Quod etiam obſeruandum eſt in diſceſſu, ne intrà cancellos cooperiatur caput.

12 Poſt 23. Dom. poſt Pentecoſt. po-

ponuntur Missæ, quæ superfuerant post Epiphaniam, dato iisdem introitu, cum suis accessorijs mutuatis a Domin. 23. *Lege quæ notauimus supra de Dominicis post Epiph. tit. 4.*

13 Quatuor Temp. Septembris fiunt semper heb. 3. Septemb id est post Domin. 3 Septemb. In his quatuor Tempor. stationum finis est, quorum initium est in prima Dom. Aduent.

14 Vetus admodum est ab Apostolicis vsque temporibus ducta sacrarum stationum consuetudo, in quibus fidelium multitudo ad Apostolorum sepulchra, & fortissimorum Martyrum memorias conueniens, hymnis, & canticis spiritualibus, Deum in sãctis suis mirabilẽ laudabat, & salutaribus immaculatę hostię sacrificijs placabat, & aduersus multiplices antiqui hostis oppugnationes, tamquam in castris Dei, statione tutissima consistebant. *Hæc Sixtus V.*

*constit. 23. edita die 3. Februarij.* 1586. Ex quibus patet primò nomen stationis Ecclesiasticæ, translatum esse a statione militari. 2. Patet origo stationum a temporibus Apostolicis. Tertiò patet ritus stationis, qui nimirum erat potissimus in Missis celebrandis, vnde, & singulis Missis in stationibus, præfigitur in Missali locus stationis.

Loca stationalia sunt hodie 45. Stationes Quadragesimales 54. per annum 31. omnes 85. quia ad eundem locum sæpiùs itur.

*De rubricis proprijs Missarum de sanctis. Tit. 13.*

TRia de Sanctis sunt fieri solita, vigiliæ festa, & octauæ. Vigiliæ à pastoribus habuere initium, qui vigilias nascente Christo custodierunt; & tota nocte ante quædam festa vigilabatur à nostris, sed ob scandala noctu contingentia, ieiunio, & vigiliarum nomine retentis, vigiliæ fuerunt in-

delas in medio ante altare, vel in cornu Epist. positas super mensa, in qua prius parari debet, vas aquæ benedictæ, & thuribulum cum nauicula; in ipso verò cornu altaris collocetur Missale apertum, & ipse osculato priùs altari in medio, transit ad cornu Epist. (aptior est locus ad ritum) & ibidem stans medius inter ministros, hinc inde assistentes, dicit orationes cum eodem ritu, de quo supr. tit. 7. in Dom. Palm. Hinc repete ea quæ diximus, quæ communia sunt huic benedictioni, & processioni *Dicit autem orationes manibus iunctis*.

4 Benedicturo celebranti candelas manu, Diaconus eleuet fimbriam pluuialis anteriorem.

De incenso imponendo, aspersione aquæ, incensatione, & distributione satis superque diximus in benedictione Cinerum, & Palmarum est enim eadem ratio.

Facta benedictione, dignior è

*Marco, ex decreto Sacr. Rituum Congreg. 23. Maij. 1603, alioquin cantantur duæ Missæ, una de festo, alia de Litanijs.*

4 Si occurant in die Paschatis, transferuntur in feriam 3. seq. ex decret. Sacr. Rituum Congregat. 15 Septẽbris 1627. & in Miss. de Rogationibus, quæ dici debet sine comemor. oct. Pasch. dicitur præf. Paschalis cum suo cantu feriali.

5 Litaniæ minores fiunt triduo ante Ascensionem.

6 Missa processionum tres habet orat. sine *Gloria*, sine *Credo* & sine comm. cuiscumque festi occurent. de quo si nouem lect. est, cantatur alia Missa, præfatio semper est Paschalis, sed dicitur cum cantu feriali.

7 In fer. 3. Rogat in Miss. priu. fiat de festo nouem lect. in illius Miss. fit comm. Rogat. *Si fiat officium de simplici festo, potest dici Miss. de eo, cum comm. Rogat. vel*

*Miss.*

*Miss. Rog. cum comm. festi.*
8 Si festum non occurrat dicitur Miss Rog. neque in ea fit com. de officio feriali quod peculiare est hac die.
9 Altarium minorum paramenta erunt offic. conformia, altaris autem maioris, & celebrantium in quocumque altari conformia erunt Miss. Rog.
10 In Vig. Ascens. dicitur Missa propria.
11 Si in ea occurrat festum 9. lect. dicuntur 3. Missæ in collegiatis: de festo post Tertiam, de vig. post Sextam: & de Rog. post Nonam, & in vnaquaq; harum 2. or. *Concede 3. Ecclesiæ*, vel pro Papa.
12 In priuatis si eo die occurrat fest. simplex 2. orat. erit de eo. 3. de Rogat. quæ in offic. nullam habent comm. Festum enim simplex præcedit 3. & 4. fer. Rog. in Mis. Si occurrat fest. 9. lect. Mis. erit de festo 2. orat. vig. 3. Rog.
13 In Ascensione Domini, ex-

tinguitur cereus Paschal. post Euangel.

14 In vig. Pentec. col. alb. vsque ad Nonam; violaceus vsque ad Miss. rubeus deinceps adhibetur, qui, & in priuat. Miss. huius diei quoad vestes celebrantium adhibendus; licèt celebrent ante nonam. De simplici non fit comm. etiam in Miss. priu. licet in offic. facta sit.

*De festo Trinitatis, & Domin. post Pentecost. Tit. 12*

1 IN festo Corporis Christi fit processio solemnissima cum paramentis albis.

2 In Cathedr. Eccles. seruentur ea quæ *in Car. Episc. lib. 2. cap. 33.* habentur in minoribus verò eccl. ea quæ in rituali Rom. Pauli V. in Missa cantanda ne omittantur genuflexiones præscriptę coram SS. Sacramento patente. Habes supra par. 2. appendice secunda.

3 Finita Missa deponuntur manipuli, induit celebrans pluuiale

extra

extra cornu Epistol. deinde procedit ante medium Altaris, vbi stās, imponit incensum sine benedictione, & genuflexus in supremo gradu, ter incensat Sacramentum in Tabernaculo ostensorio positum, ea ratione qua diximus in fer. 5. in Cœna Domini, supra tit. 8. Interim dum incensatur cantari potest, *O Sacrum Conuiuium*, vel *Tantum ergo*. Non deferatur tabernaculum SS. Eucharistiæ Sacerdotum humeris, sed manibus tantùm celebrantis, non obstante quauis alia consuetudine, quam abusum esse declarat Sac. Rituum Congr. 2. Iunij 1618. Imago verò quæ est in Hostia, debet terga vertere celebranti & ita accidit, dum ab altari Diaconus tabernaculum accipit, & stans genuflexo celebranti immediatè, tradit.

5 In processione Clerus immediatè præcedat celebrantem cum cereis accensis, cæteri siue confratres, siue regulares, ante clerum

procedant, cereosque gestent omnes ea manu, quæ extima cuique est, altera pectori admota. Hymni decantentur alternatim; qui a celebrante cum Ministris dici poterunt submissa voce. Qui crucem defert, congruit vt veste Subdiaconali sit indutus, & procedat medius inter Acolythos, cum candelabris, & cereis accensis.

6 De baldachino, & hastarum distributione, diximus fer. 5. in Cęna Domini. De circulo, & via procedendi, standum est locorum cõsuetudini. *Rectius à latere Epist. proceditur ad latus Euang.*

7 In fine processionis Subdiaconus deponit crucem in loco decenti; Ceroferarij candelabra in credentia, & cum choro genuflectunt. Deposito Sacramento super altari, cum ministerio Diaconi, imponitur à stante celebrante sine benedictione incensum in Thuribulo; fit incensatio trina de more, cantante interim clero genuflexo,

ante

ante & circum altare, vltimo duodecim versus hymni *Pange lingua gloriosi*, *Tantum ergo*, &c. Quibus dictis, cantatur versus à duobus clericis *Panem de cælo*, &c. & à celebrante stante (Ministrisque genuflexis, & librum sustinentibus hic inde) dicitur *Dominus vobiscum*, cum oratione *Deus qui nobis*, &c. nihilque aliud addens ascendit ad altare, genuflectit, & ipsemet nullo Diaconi ministerio accipit velatis manibus tabernaculum benedicit cum eo populum (facie hostiæ ad eundem versa) in modum Crucis, semel, nihil dicens, & gyrum perficiens reuerenter reponit.

8 Tum genuflexione facta descēdit ad gradus vt prius, & amoto velo a Subdiacono, Diaconus ascendit, genuflectit, & reponit, vel in locum altiorem, vt eo die colatur a populo pro locorū consuetudine, vel velo contectum, in locum suum corporale, seu palla

semper sit substrata tabernaculo, & velum longum eidem tabernaculo appensum, quod hinc inde cadat versus altaris latera, & a posteriori parte Tabernaculi vmbellula superaddatur. Emineat quoque locus supra locum reliquiarum.

9 Parietes viarum per quas est transeundum ornari debent tapetibus, & aulæis, & sacris imaginibus, non profanis. Actus autem scenici, vel ludicri, vel indecori omninò prohibentur.

10 Ardebunt candelæ vsque ad datam benedictionem inclusiuè: & Diaconus nihil osculabitur coram Sacramento.

11 Si cantantur Vesp. coram Sacramento patente, conuenit vt omnes stent aperto capite; quòd si sedeant, caput non tegant. Quod etiam obseruandum est in discessu, ne intrà cancellos cooperiatur caput.

12 Post 23. Dom. post Pentecost. po-

ponuntur Missæ, quæ superfuerant post Epiphaniam, dato iisdem introitu, cum suis accessorijs mutuatis a Domin. 23. *Lege quæ notauimus supra de Dominicis post Epiph. tit. 4.*

13 Quatuor Temp. Septembris fiunt semper heb. 3. Septemb id est post Domin. 3 Septemb. In his quatuor Tempor. stationum finis est, quorum initium est in prima Dom. Aduent.

14 Vetus admodum est ab Apostolicis vsque temporibus ducta sacrarum stationum consuetudo, in quibus fidelium multitudo ad Apostolorum sepulchra, & fortissimorum Martyrum memorias conueniens, hymnis, & canticis spiritualibus, Deum in sāctis suis mirabilē laudabat, & salutaribus immaculatę hostię sacrificijs placabat, & aduersus multiplices antiqui hostis oppugnationes, tamquam in castris Dei, statione tutissima consistebant. *Hæc Sixtus V.*

delas in medio ante altare, vel in cornu Epist. positas super mensa, in qua priùs parari debet, vas aquæ benedictæ, & thuribulum cum nauicula; in ipso verò cornu altaris collocetur Missale apertum, & ipse osculato priùs altari in medio, transit ad cornu Epist. (aptior est locus ad ritum) & ibidem stans medius inter ministros, hinc inde assistentes, dicit orationes cum eodem ritu, de quo supr. tit. 7. in Dom. Palm. Hinc recipere ea quæ diximus, quæ communia sunt huic benedictioni, & processioni *Dicit autem orationes manibus iunctis*.

4 Benedicturo celebranti candelas manu, Diaconus eleuet fimbriam pluuialis anteriorem.

De incenso imponendo, aspersione aquæ, incensatione, & distributione satis superque diximus in benedictione Cinerum, & Palmarum est enim eadem ratio.

Facta benedictione, dignior è

interdictæ: Festa sanctorum, natalitia dicuntur, quia cęlo hinc emigrantes nascuntur. Octauæ fiunt ad prorogandafesta celebriora.

*De Benedictione Candelarum, & processione in die Purific. B.V. Tit. 14.*

1 PRimo vestiendum est altare pallio violaceo super album ita vt facilè ante Missam dimoueri queat.

2 Si hoc festum venerit in Dominicis Septuagesimæ, Sexag. vel Quinquag. fit tantùm benedictio, & candelarum distributio, facta priùs aquæ aspersione, antequàm celebrans ascendat ad altare. Et Missa dicitur de Dominica, nisi Ecclesia dicata sit in honorem B. Virginis de qua eo casu erit Missa, ex Cær. Episcop. l. 2. c. 6. cantata altera de Dominica, quæ respondet officio, iuxta rubr. de translat. fest. p. 1. tit. 6.

(Notà quod hic textus intelligi debet de quacunque Ecclesia

vsque ad feriam 3. Paschatis inclusiuè, quamuis in antiquis rubricis generalibus 1. p. de translatione festorum. tit. 6. ratione tituli Ecclesiæ, vel concursus populi concedatur posse cantari aliam Missam de festo, vltra Missam correspondentem officio, tamen ex noua rubrica in recognitione Missalis ibidem posita non potest cantari Missa de B. Virg. in ijs diebus: in alijs autem ferijs Quadrag. poterit cantari sine commemoratione feriæ, *& in eius fine legitur Euangelium S. Ioannis*. Quod semper obserua in Missa de festo distincta à Missa de feria maiori, quando ambæ cantantur eodem die.

5 In Aprili, si intra Quadragesimam venerint festa S. Francisci de Paula, & S. Leonis Papæ, duæ cantantur missæ; si alicubi accidat festum semid à Dom. Pass. ad Dom. Palm. in Missa solemni de festo dicuntur duæ tantùm orationes

2 Ec-

*uang. tantum, standum erit etiam cum candelis, post eleuationem non genuflectendum.*

8 Si ob pluuiam non itur extra Ecclesiam, fiat idem quod & in processione Palm.

9 Amouetur pallium violaceum, si Missa dicenda sit de festo B. Virginis.

10 Ex verbis rubricæ non præcipitur quod candelæ sint tenendę accensæ ad Euangelium, & quando Missa est de Dom. Septuagesimæ aut Sex. neque Romæ accenduntur in hoc casu.

### *De festis in quibus cantandæ sunt 2. Missæ in Eccles. Cath. & Coll. Tit. 15.*

DE obligatione cantand duas Missas, in Festis quæ occurrunt ferijs maioribus, extat aperta rubrica 1. p. tit. 5. n. 1.

Hoc igitur loco enumerabimus sigillatim festa in quibus eæ cantari debent ordine mensium seruato.

vigil. S. Ioannis, & SS. App. in die octaua Corporis Christi, vel infra octauam, & tunc duæ cantantur Missæ. In Missa verò vigiliæ præfatio communis dicitur. In festo item S Leonis (nisi transferatur) cantantur duæ; de festo, & de vig. Apost. in Missa de festo, fit commemor. de oct. S. Ioan. & 3. ora. est de B. Virg. in Missa verò de vig. 2. orat. *Concede* 3. *Ecclesiæ, vel pro Papa.*

10 Mense Iulio occurrit casus cantandi duas Missas, quando anticipatur vig. S. Iac. in sabbato, vel transfertur festum s. Apollinaris in fer. 2. & in his casibus Missæ duæ cantantur de festo, & de vig.

11 Mense Augusto, si vig. s. Laurentij fiat in sabbato anticipatè in festo SS. Cyriaci, &c. vel festũ SS. Cyriaci &c. transferatur in fer. 2. cantantur duæ Missæ Vig. s. Bartholomæi potest anticipatè fieri in die octa. Assumptionis, & tunc cantantur duæ Missæ.

*In*

tera de die infra octauam post Tertiam, altera de Requiem post Nonam, seu post vigilias mortuorum. Hoc loco monendi sunt Sacerdotes, sacrificium Missæ defunct. hac die applicandum esse omnibus defunctis ex intentione Ecclesiæ. neque ideo fit iniuria ijs pro quibus quotidiana fortè extat obligario Missæ, præualet enim lex tacita rationabilis Ecclesiæ priuatæ legi testatorum.

14 In absolutione solemni defunct. vltima absolutio facienda erit ad lecticam mortuorum cum Resp. longiori *Libera me*, & oratione *Absolue*, in numero plurali quæ habetur inter Psal. grad.

15 Vbi fiunt aliæ solemnes Missæ pro Episcopis, Canonicis, & alijs ne tamen omittatur Missa de die infra oct. omnium SS.

*Appendices.*

1 ADdendum est hoc loco quod initio Aprilis, & in fine Maij, seu initio Iunij ali-

qua

qua SS. festa mutant ritum a tempore Paschali ad non Paschale, & e conuerso; missæ vel officia si propria desint, erunt sumenda de communi. Sed missa S. Barnabæ dicitur vt in festo S. Marci, præter orationem, Epistol. & Euangelium.

2 Denique vbi celebratur festum Rosarij ex decreto Gregorij XIII. (nempè in ijs locis vbi adest Capella, aut altare Rosarij) ritu duplicis maioris per annum, ne dicatur missa quæ nomine Rosarij circunfertur, concessa tantum Ordini Prædicatorũ, & alijs prohibita *ex decr. Sacr. Rituum Congr.* Sed fiat missa vt in festo S. M. ad Niues.

## *De Rubricis Missarum Communis Sanctorum. Tit.* 16

1 COmmunes Missæ inseruiunt tum celebrandis SS. aliquorum festis quæ habentur in Kalend. & nihil habent proprium, vel non habent omnia, vt vi-

videre est in proprio SS.tum cele-brandis festiuitatibus, quæ extra Kalendarium occurrunt in pluribus locis; præsertim verò Patronorum locorum, & Titularium Ecclesiarum, qui nihil habent proprium in Missa; est autem vnicuiq; liberum recitare Missam quã voluerit ex eodem communi, vbi sũt plures Missæ, & multò magis Epist. & Euang. ex ibidem assignatis, dummodò oratio, & Euangelium Missæ, concordent cum oratione, & Euangelio officij.

2 Si infra octauas Paschæ, aut Pent. cantanda sit Missa de festo transferendo ob concursum populi, vel ratione tit. Eccl. vel votiua solemnis pro re graui; dicenda erit vt in tempore Paschali, quia tempus Paschale terminatur tantum in Sabbato ante Trinit.

3 Nota parenthesim in oratione secreta Missę Dedicationis Ecclesiæ, ea enim verba, quæ parenthesi clauduntur, omitti debent,

cum dicitur Missa de Dedicatione alicuius Ecclesiæ, quæ non est eadem ipsa in qua celebratur.

4 In Miss. Dedic. Eccl. Cathedr. recitatur Symbolum per totam Diœcesim.

*De rubricis Miss. votiuar. in fine Missalis. Tit. 17.*

1 Regula generalis. In duplicibus, & Dom. & quandocumque prohibetur fieri officium de dupl. non possunt dici Miss. vot.

2 Tempore Aduentus in Missis votiuis non omittitur *Alleluia*, cum suo versu, licèt omittatur in Miss. fer. Adu.

3 A Septuag. vsque ad Pascha in votiuis (ijs diebus in quibus dici possunt) semper dicitur Tractus etiam in ijs diebus in quibus non dicitur in Missa feriæ.

4 Tempore Passionis, in Missis votiuis, dicitur Psalm. *Iudica*, & *Gloria Patri*, in fine Psalm. *Lauabo*,

*bo*, licèt non dicatur in Missis de tempore.

5 Infra oct. Pasch. si votiua cantetur pro re graui in ea non dicitur Graduale sed 4. *Alleluia* cum 2. versibus, & in fine Missæ dicitur *Ite Missa est* sine duplici *Alleluia*. Hæc habes apud Gauantum, hoc tit. num. 11.

6 Tempore Paschali, in fine introitus dicuntur duo *Alleluia*, post Epiphan. quatuor *Alleluia*, cum 2. versibus in fine Offert. & Communionis additur *Alleluia*, vbi non habetur.

7 In votiuis (etiam infr. octau.) numquam dicitur *Gloria*, & *Credo*, nisi solemniter dicantur pro re graui, pro qua conuenit totus clerus cum Episcopo. Excipitur tamen Missa vot. de Angelis in qua semper dicitur *Gloria*, cum sit hymnus Angelicus, & Missa de B. M. Virg. in Sabbato, quia licèt non sit factum de ea officium, & ideò tunc eius Missa sit merè votiua,

tiua, tamen dici debet *Gloria*, sed non extra Sabbatum.

8 In Missa vot. de Conuersione S. Pauli fieri debet commemoratio S. Petri, sed magis congrueret dicere Missam votiuam communem vtrique.

9 Si quis exigat Missam vot. de Assumptione aut Natiuitate Beatæ Mariæ; vel aliam similem, dici potest Missa de B. Virgine ex his quinque votiuis pro diuersitate temporum accommodatis, cum intentione ad honorem Assumptionis vel Natiuitatis, &c.

10 Missa Rosarij non conceditur omnibus vt dictum est tit. 15. præc. Sed si quis habeat onus celebrandi Missam de Rosario, dicat votiuam ex quinque assignatis pro diuersitate temporum, & satisfaciet, *ex decr. Sacr. Rit. Cong. 6. May* 1623. *&* 7. *August. &* 30. *Sept.* 1628. Eodem modo decreuit de Missa Sanctæ Mariæ de Monte Carmelo 8. Aprilis 1628. ne sit com-

communis omnibus, sed Carmelitis tantùm.

11 In missis vot. de alijs Apost. quam SS. Petro, & Paulo, si quid ratione temporis desit, putà *Tractus*, seu versus cum *Alleluia*, tempore Paschali, *Tractus* quidem desumi poterit ex Missa votiua Apostol. Petri, & Pauli *Versus* autem cum *Alleluia* tempore Paschali, imo verò etiam *Introitus cum accessorijs*, ex festo S. Marci.

12 In alijs votiuis Sanctorum. vel dicitur Missa propria sancti, si habet, mutato in Collecta verbo *Natalitia*, festa, & eiusmodi, in *Commemorationem*, desumptis item vel tractu, vel *Versibus*, cum *Alleluia*, vel etiam *Graduali*, si opus est ex Missa de communi vel certè tota Missa dicatur de communi, prout ratio temporis requirit.

13 Missa quindecim Auxiliatorum reiecta est a Sacr. Rituum

nis Episcopi, si venerit in die festiuo, missa erit de festo, cum commemoratione pro Episcopo. In oratione autem nominatur, Episcopus, & Ciuitas, quia Ecclesia sine additamento significat vniuersalem Ecclesiam: si vero in die non festiuo, missa dicitur vt in missali, cum vnica oratione, *Gloria Credo*, & præfatione communi, vel de tempore, vel habente rationem temporis.

17 Missa pro sponso, & sponsa dicenda est extra diem festum de præcepto, at in diem festo de præcepto, dicitur Missa de festo, cum commemor. benedictionis. *Si vi*dua sponsa est, non benedicitur, etiamsi vir nunquam nupserit; si vero nupserit vir & Virginem ducat poterunt nuptiæ benedici cum hac Missa. Dicto *Pater noster* Sacerdos antequam dicat *Libera nos* stans in cornu Epistol. versus sponsum, & sponsam ante altare genuflexos, dicit orationes quæ

notantur in Missali dicendæ hoc loco, tenente librum Ministro ante eum. Et dum recedit a medio, seu accedit ad medium genuflectat semper Sacramento. Poterit etiam suo loco dari pax (*cum instrumento osculato a Sacerdote*) per Ministrum, sponso & sponsæ. Et antequam Sacerdos populo benedicat, conuersus ad sponsum, & sponsam in cornu Epistol. dicat orationem, quæ est in Missali. Denique asperguntur in fine sponsi cum aqua benedicta, sed fiat hæc aspersio vtriusque, cum aspergillo, & aqua, & cum signo Crucis super eos: idem quoque fiat in benedictione mulieris post partum.

18 Datur regula generalis in Missali, quod de eodem non fit in Missa bis, per modum principalis, & per modum commemorationis: verum hoc non habet locum in collectis purè accessorijs, & remotioribus a prima; nec in ijs quæ addi

addi possunt vsque ad quinque seu septem. Quid enim vetat dicere orationem, *pro Congregatione & familia*, in qua fit expressa mentio de B. Virg. certè nisi posset addi quando fit mentio aliqua de B. Vir. nunquam posset addi, quia fit semper mentio aliqua de B. Virg. (extra tempus Passionis, octauas Paschæ, & Pentec.) & sic hæc oratio frustrà poneretur in Missali. Ergo vltrà viciniorem accessoriam, quæ commemorationem sapit, & debet esse diuersa a prima collecta, nihil refert an in alijs purè accessorijs, & remotioribus a prima, mentio de nouo fiat eorum qui in prima vel altera collecta fuerunt nominati.

19 In oratione *A cunctis*, pro dignitate Patroni nominandi sunt in illo N. ante Apostolos; SS. Angeli & S. Ioan. Bapt. *ex dec. Sacr. Rit. Congreg.* 22. *Aug.* 1620.

20 Oratio *pro se ipso Sacerdote*

dici non debet in missa cui interest proprius Episcop. vel eo maior, vel princeps magnus; potius orandum est pro prælato, seu principe præsente quod fit ob reuerentiam eorumdem maiorum.

### *De rubricis Missarum pro defunctis. Tit. 18.*

1 IN die depositionis, & anniuersario, imo in tertio, septimo, & trigesimo à depositione summi Pontificis, Episcoporum, & Cardinalium, dicitur prima missa cum orationibus proprijs.

2 In die depositionis, tertio, septimo, trigesimo, & anniuersario Sacerdotum, dicitur 2. missa, cum oratione propria *pro defuncto Sacerdote*: Neque refert in ea non fieri mentionem de die tertio, septimo, trigesimo, & anniuersario, nam eadem oratio pro Papa, dicitur in obitu, & anniuersario, nulla facta anniuersarij mentione.

3 Pro laicis verò, certæ sunt regulæ in Missali. In eorum obitu, die

die 3. 7. & 30 dicitur 2. Missa in anniuersario tertia.

4 Pro eo qui proximè obijt longe tamen a nobis, prima vice potest dici Missa vt in die tertio, omisso verbo, *tertium*.

5 Extra prædictos dies, Missæ dicuntur vt in quotidianis defunctorum. Dies 3. 7. 30. & anniuers. numerantur a die obitus, vel a die depositionis seu sepulturæ, qua potiori iure defunctus subiacet Ecclesiasticæ curæ.

6 In titulo *pro patre, & matre*, additum est, *Sacerdotis*, nam non conuenit hæc oratio de patre cuiusque in ore sacerdotis.

7 Missæ quæ circunferuntur S. Gregorij *pro viuis, & defunct.* neque sunt S. Gregorij, neque approbatæ, imò reiectæ, ita vt non possint retineri in codice missalis. *Ex decr. Sacr. Rit. Congr.* 8. *Apr.* 1628.

## *De rubricis Benedictionum.* *Tit.* 19.

1 BEnedictio hic sumitur pro prece, qua Ecclesiastico more, rebus ipsius specialis sanctitas impertitur, ita vt in vsus, profanos deinde transferri non possint.

2 Benedictionum aliæ sunt constitutiuæ: aliæ inuocatiuæ. Constitutiuæ sunt illæ, per quas siue res, siue personæ, diuino cultui destinantur. Inuocatiuæ vero sunt eæ, per quas vel rebus, vel Personis imploratur auxilium diuinum. Primi generis sunt benedictiones aquæ, vestium Sacerdotalium, mapparum altaris; corporalium, & vasculi pro sacrosancta Eucharistia, de quibus in missali agitur, quia communes esse possunt simplici Sacerdoti priuilegiato. Secundi generis aliæ sunt, Agni in Paschate, ouorum, panis, nouorum fructuum, cuiuscumque comestibilis, candelarum, loci, do-

mus

mus nouæ, thalami, & nouę nauis quæ in Missali descriptæ sunt citra præiudicium aliorum quæ in Rituali Rom. habentur quia hæ à quocunq; Sacerdote fieri possunt.

Habitus benedicturi Sacerdotis, est superpelliceum, & stola regulariter alba, aliquādo violacea, nempe in benedictione coniuncta cum exorcismis. Vnde ad aquam benedicendam eo colore vtimur. Potest tamen adhiberi stola coloris tempori conuenientis.

4 Stando semper benedicat Sacerdos, & aperto capite, manuque, formet signum Crucis versus rem vbi est nota, & item ipsam aspergat in fine ter, hoc est in medio, a dextris, & a sinistris rei.

5 Super altare quidem benedicendæ res collocari poterunt; non tamen esculenta, quæ omnino super mensam ponenda sunt extra altare.

6 Nunquam omittitur in Dominicis aquæ benedictæ aspersio.

*Regulæ seruandæ in aspersione.*

HÆc aspersio fit dicta Tertia, & ante benedictionem Palmarum, & Candelarum si Purificationis festum occurrat in die Domin. Sacerdos igitur celebraturus, procedit his diebus de sacristia cum pluuiali, medius inter Ministros paratos, fimbrias anteriores pluuialis tenentes, & cum peruenerit ad gradus, sistit in infimo, ibique genuflexus (etiam tempore Paschali) aspergit ter altare, nempe in medio, a dextris, & à sinistris altaris, hoc est prius versùs cornu Euang. tum versùs cornu Epistol. *Nota si in altari sit exposita SS. Eucharistia, abstinendum est ab aspersione altaris: Diaconus quoque tunc similiter debet abstinere ab osculis aspersorij, & manum, quæ alias nunquam omittit tam in principio, quam in fine aspersionis*. Incipit autem antiphonam antequàm incipiat aspersionem actualem, quia

quia *Asperges*, est futuri temporis. Aspergit seipsum adhuc genuflexus, deinde erectus aspergit ministros genuflexos, primò Diaconum, tum Subd. deinde Clerum, sed aspergens non inclinat caput; at Clerum stare decet, detecto capite, & aspergenti reuerenter caput inclinare. Neque fieri debet aspersio singulorum, sed plurium simul tam cleri quam populi; Canonici singillatim aspergi poterunt ad maiorem eorumdem venerationem; quibus & celebrans aliquam honoris significationem adhibebit ante, & post datam eorum aspresionem. Ministri comitantur Sacerdotem, & cum eo dicunt alternatim totum psalmum *Miserere*. Quod si in Cæremoniali Episcop. lib. 2. cap. 31. procedit solus celebrans, hoc iubetur ibi ob reuerentiam Episcopi præsentis, vt coram eo cum minori pompa celebrans procedat. *Nota quod in die Paschatis, & Pentecost. asper-*

*ſio fit cum aqua pridiè benedicta è ſonte baptiſmi, ante infuſionem olei, & chriſmatis accepta*. Tenent miniſtri libium ante celebrantem, dum dicit verſus, & orationem. Poſt orationem deponitur pluuiale, & aſſumitur manipulus cum caſulam promiſſas.

7 Benedictio Agni ad communem menſam in Paſchate, fiet ex vſu Romano.

8 Abbates, & allis Regularium ſuperiores, poſſunt benedicere veſtes Sacerdotales Eccleſiarum ſibi Subditarum tantùm, non aliarum, *ex decr Sacr. Rituum Congreg.* 24 *Auguſt.* 1609. Nullo modo Sacerdotes ſimplices benedicere poſſunt proprias veſtes, neque Protonotarij *ex decr. Sacr. Rit. Congr.* 17. *Iul.* 1627. Et hic finis totius Miſſalis.

Quintam huius operis partem de induſtria omiſimus, vt pote quæ ſolis conſtat appendicibus, ſine quibus pleniſſima poteſt haberi

beri

beri rubricarum omnium notitia, quod nostri erat instituti compendiosè pro virili tractare.

---

# IN GRATIAM
## Eorum, qui non habent proprias Missas Sanctorum, nuper in Calendario Romano additorum; operę pretiùm visum fuit eas in calce huius Tractatus apponere.

*In Decembri.*

2. Dec. In festo Sanctæ Bibianæ V. & M. Missa, *Me expectauerint* de communi.

*Oratio.*

Deus omnium largitor bonorum, qui in famula tua Bibiana, cum virginitatis flore martyrij palmā coniuxisti: mentes nostras eius intercessione tibi charitate

te

te coniuge, vt amotis periculis præmia consequamur æterna. Per Dominum. Secreta, *Hostias* &c. Postcomm. *Diuini muneris*, &c.

*In Martio.*

4 Mart. In festo S. Casimiri confessor. Miss. *Os iusti.* præter orationem propriam, quæ sequitur.

*Oratio.*

Deus qui inter regales delicias, & mundi illecebras, Sanctum Casimirum virtute contantiæ roborasti: quæsumus, vt eius intercessione, fideles tui terrena despiciant; & ad cœlestia semper spirent. Per Dominum.

*In Aprili.*

30 April. In festo S. Catharinæ Virg. Missa. *Dilexisti.*

*Oratio.*

Da quæsumus omnipotens Deus: vt qui B. Catharinæ virginis tuæ natalitia colimus, & annua solemnitate lætemur, & tantæ virtutis proficiamus exemplo. Per

Se-

*Secreta.*

Aſcendant ad te Domine quas in Beatæ Catharinæ ſolemnitate offerimus preces, & hoſtia ſalutaris virgineo fragrans odore. Per. &c.

*Poſtcommunio.*

Æeternitatem nobis Domine conferat qua paſti ſumus menſa cœleſtis: quæ Beatæ Catharinæ Virginis, vitam etiam aluit temporalem. Per.

*In Maio.*

26 Maij. In feſto S. Philippi Nerij conf. Miſſa. *Os iuſti.*

*Oratio.*

Deus qui beatum Philippum Confeſſorem tuum ſanctorum tuorum gloria ſublimaſti, concede propitius, vt cuius ſolemnitate lætamur, eius virtutum proficiamum exemplo. Per Dominum. *Secreta* Præſta nobis. *Poſtcommunio.* Quæſumus.

*In Iunio.*

6 Iunij. In feſto S. Norberti Epi-

dici non debet in missa cui interest proprius Episcop. vel eo maior, vel princeps magnus; potius orandum est pro prælato, seu principe præsente quod fit ob reuerentiam eorumdem maiorum.

*De rubricis Missarum pro defunctis Tit. 18.*

1 IN die depositionis, & anniuersario, imo in tertio, septimo, & trigesimo à depositione summi Pontificis, Episcoporum, & Cardinalium, dicitur prima missa cum orationibus proprijs.

2 In die depositionis, tertio, septimo, trigesimo, & anniuersario Sacerdotum, dicitur 2. missa, cum oratione propria *pro defuncto Sacerdote*: Neque refert in ea non fieri mentionem de die tertio: septimo, trigesimo, & anniuersario, nam eadem oratio pro Papa, dicitur in obitu, & anniuersario, nulla facta anniuersarij mentione.

3 Pro laicis verò, certæ sunt regulæ in Missali. In eorum obitu, die

die 3. 7. & 30 dicitur 2. Missa in anniuersario tertia.

4 Pro eo qui proximè obijt longe tamen a nobis, prima vice potest dici Missa vt in die tertio, omisso verbo, *tertium*.

5 Extra prædictos dies, Missæ dicuntur vt in quotidianis defunctorum. Dies 3. 7. 30. & anniuers. numerantur a die obitus, vel a die depositionis seu sepulturæ, qua potiori iure defunctus subiacet Ecclesiasticæ curæ.

6 In titulo *pro patre, & matre*, additum est, *Sacerdotis*, nam non conuenit hæc oratio de patre cuiusque in ore sacerdotis.

7 Missæ quæ circumferuntur S. Gregorij *pro viuis, & defunct.* neque sunt S. Gregorij, neque approbatæ, imò reiectæ, ita vt non possint retineri in codice missalis. *Ex decr. Sacr. Rit. Congr. 8. Apr.* 1628.

## De rubricis Benedictionum. Tit. 19.

1 BEnedictio hic sumitur pro prece, qua Ecclesiastico more, rebus ipsius specialis sanctitas impertitur, ita vt in vsus profanos deinde transferri non possint.

2 Benedictionum aliæ sunt constitutiuæ: aliæ inuocatiuæ. Constitutiuæ sunt illæ, per quas siue res, siue personæ, diuino cultui destinantur. Inuocatiuæ vero sunt eæ, per quas vel rebus, vel Personis imploratur auxilium diuinum. Primi generis sunt benedictiones aquæ, vestium Sacerdotalium, mapparum altaris; corporalium, & vasculi pro sacrosancta Eucharistia, de quibus in missali agitur, quia communes esse possunt simplici Sacerdoti priuilegiato. Secundi generis aliæ sunt, Agni in Paschate, ouorum, panis, nouorum fructuum, cuiuscumque comestibilis, candelarum, loci, domus

mus nouæ, thalami, & noue nauis quæ in Missali descriptæ sunt citra præiudicium aliorum quæ in Rituali Rom. habentur quia hæ à quocunq; Sacerdote fieri possunt.

Habitus benedicturi Sacerdotis, est superpelliceum, & stola regulariter alba, aliquãdo violacea, nempe in benedictione coniuncta cum exorcismis. Vnde ad aquam benedicendam eo colore vtimur. Potest tamen adhiberi stola coloris tempori conuenientis.

4 Stando semper benedicat Sacerdos, & aperto capite, manuque, formet signum Crucis versus rem vbi est nota, & item ipsam aspergat in fine ter, hoc est in medio, a dextris, & a sinistris rei.

5 Super altare quidem benedicendæ res collocari poterunt; non tamen esculenta, quæ omnino super mensam ponenda sunt extra altare.

6 Nunquam omittitur in Dominicis aquæ benedictæ aspersio.

*Regula seruanda in aspersione.*

HÆc aspersio fit dicta Tertia, & ante benedictionem Palmarum, & Candelarum si Purificationis festum occurrat in die Domin. Sacerdos igitur celebraturus, procedit his diebus de sacristia cum pluuiali, medius inter Ministros paratos, fimbrias anteriores pluuialis tenentes, & cum peruenerit ad gradus, sistit in infimo, ibique genuflexus (etiam tempore Paschali) aspergit ter altare, nempe in medio, a dextris, & à sinistris altaris, hoc est prius versùs cornu Euang. tum versùs cornu Epistol. *Nota si in altari sit exposita SS. Eucharistia, abstinendum est ab aspersione altaris: Diaconus quoque tunc similiter debet abstinere ab osculis aspersorij, & manum, quæ alias nunquam omittit tam in principio, quam in fine aspersionis.* Incipit autem antiphonam antequàm incipiat aspersionem actualem,

quia

quia *Asperges*, est futuri temporis. Aspergit seipsum adhuc genuflexus, deinde erectus aspergit ministros genuflexos, primò Diaconum, tum Subd. deinde Clerum, sed aspergens non inclinat caput; at Clerum stare decet, detecto capite, & aspergenti reuerenter caput inclinare. Neque fieri debet aspersio singulorum, sed plurium simul tam cleri quam populi; Canonici singillatim aspergi poterunt ad maiorem eorumdem venerationem; quibus & celebrans aliquam honoris significationem adhibebit ante, & post datam eorum aspresionem. Ministri comitantur Sacerdotem, & cum eo dicunt alternatim totum psalmum *Miserere*. Quod si in Cæremoniali Episcop. lib. 2. cap. 31. procedit solus celebrans, hoc iubetur ibi ob reuerentiam Episcopi præsentis, vt coram eo cum minori pompa celebrans procedat. *Nota quod in die Paschatis, & Pentecost. asper-*

*ſio fit cum aqua pridiè benedicta è fonte baptiſmi, ante infuſionem olei, & chriſmatis accepta*. Tenent miniſtri librum ante celebrantem, dum dicit verſus, & orationem. Poſt orationem deponitur pluuiale, & aſſumitur manipulus cum caſulam promiſſas.

7 Benedictio Agni ad communem menſam in Paſchate, fiet ex vſu Romano.

8 Abbates, & allis Regularium ſuperiores, poſſunt benedicere veſtes Sacerdotales Eccleſiarum ſibi Subditarum tantùm, non aliarum, *ex decr Sacr. Rituum Congreg.* 24 *Auguſt.* 1609. Nullo modo Sacerdotes ſimplices benedicere poſſunt proprias veſtes, neque Protonotarij *ex decr. Sacr. Rit. Congr.* 17. *Iul.* 1627. Et hic finis totius Miſſalis.

Quintam huius operis partem de induſtria omiſimus, vt pote quæ ſolis conſtat appendicibus, ſine quibus pleniſſima poteſt haberi

beri rubricarum omnium notitia, quod nostri erat instituti compendiosè pro virili tractare.

---

# IN GRATIAM

Eorum, qui non habent proprias Missas Sanctorum, nuper in Calendario Romano additorum; operę pretiùm visum fuit eas in calce huius Tractatus apponere.

*In Decembri.*

2. Dec. In festo Sanctæ Bibianæ V. & M. Missa, *Me expectauerint* de communi.

*Oratio.*

Deus omnium largitor bonorum, qui in famula tua Bibiana, cum virginitatis flore martyrij palmã coniunxisti: mentes nostras eius intercessione tibi charita

te

*Secreta.*

Ascendant ad te Domine quas in Beatæ Catharinæ solemnitate offerimus preces, & hostia salutaris virgineo fragrans odore. Per. &c.

*Postcommunio.*

Æternitatem nobis Domine conferat qua pasti sumus mensa cœlestis: quæ Beatæ Catharinæ Virginis, vitam etiam aluit temporalem. Per.

*In Maio.*

26 Maij. In festo S. Philippi Nerij conf. Missa. *Os iusti.*

*Oratio.*

Deus qui beatum Philippum Confessorem suum sanctorum tuorum gloria sublimasti, concede propitius, vt cuius solemnitate lætamur, eius virtutum proficiamum exemplo. Per Dominum. *Secreta* Præsta nobis. *Postcommunio.* Quæsumus.

*In Iunio.*

6 Iunij. In festo S. Norberti Epi-

Episc. & Conf. Missa. *Statuit.*

*Oratio.*

Deus qui beatum Norbertum Confessorem tuum, atque Pontificem, verbi tui præconem eximium effecisti, & per eum Ecclesiam tuam noua prole fœcundasti: præsta quæsumus, vt eiusdem suffragantibus meritis, quod ore simul, & opere docuit, te adiuuante exercere valeamus. Per Dominum.

*In Iulio.*

4 Iul. In festo S. Elisabeth Reginæ Portugalliæ viduæ. Missa. *Cognoui.* *Oratio.*

Clementissime Deus, qui beatam Elisabeth Reginam, inter cęteras egregias dotes, belici furoris sedandi prærogatiua decorasti: da nobis eius intercessione, post mortalis vitæ quam suppliciter petimus pacem, ad æterna gaudia peruenire. Per Dominum. Epistola. *Mulierem fortem.*

14 Iul. In festo S. Henrici conf.

*Ora-*

*Oratio.*

Omnipotens, & misericors Deus, quia gloria tua nullam conditionem excludis: te suppliciter exoramus, vt sicut Beato Henrico Confessoris tuo, post terreni culmen imperij, cœlestis regni soliũ contulisti, ita meritis eius, & precibus, nobis quoque famulis tuis æternæ felicitatis præmia largiaris, Per Dominum. Secreta. *Laus tibi.* Postcomm. *Refecti cibo.*

*In Augusto.*

16 Aug. In festo S. Hyacinthi Confess. Missa *Os iusti.*

20 Augusti. In festo S. Stephani conf.

*Oratio.*

Concede quæsumus Ecclesiæ tuæ omnipotens Deus: vt Beatum Stephanum Confessorem tuum. quem regnantem in terris propagatorem habuit, propugnatorem habere mereatur gloriosum in cęlis. Per.

*Se-*

*Secreta.*

Respice quas offerimus hostias omnipotens Deus, & præsta; vt qui passionis Dominicæ mysteria celebramus, imitemur quod agimus. Per Dominum.

*Post communio.*

Præsta quæsumus omnipotens Deus: vt beati Stephani Confessoris tui fidem congrua deuotione sectemur: qui eiusdem fidei dilatatione, de terreno regno, ad cœlestis regni gloriam meruit peruenire. Per Dominum.

*In Septembri.*

20. Sept. in festo SS. Eustachij, &c. Missa *Sapientiam.*

*In Octobri.*

6. Oct. In festo S. Brunonis con fess. Miss. *Os iusti* *Oratio.*

Sanctis Brunonis Confessori tui quęsumus Domine, intercessionibus adiuuemur; vt qui maiestatem tuam grauiter delinquendo offendimus, eius meritis, & precibus, nostrorum delictorum veniam

con.

consequamur. Per Dominum. Secreta. *Laudis.* Postcomm. *Quæsumus*, vt in secunda Missa.

8. Octob. In festo S. Birgittæ viduæ. Missa. *Cognoui.*

*Oratio.*

Domine Deus noster, qui Beatæ Birgittæ per filium tuum vnigenitum, secreta cælestia reuelasti: ipsius pia intercessione, da nobis famulis tuis, in reuelatione sempiternæ gloriæ tuæ, gaudere lætantes: Per eundem Dominum. *Epistola*, Viduas honora.

Pro sancto Patritio Episcop. & Conf. 17. Martt. *Oratio.* Da quæsumus. De communi.

Supererant adhuc Missæ SS. Ioachimi, impressionis stigmatum, Angelorum Custodum, & S. Caroli, sed quia hæ iam habentur in Missalibus etiam communioribus, eas omisimus.

TRA-

# TRACTATVS SECVNDVS.

TRactatus ſecundus Breuiarij leges complectitur. Rubricæ autem Breuiarij, ſeu leges, in duas partes diuiduntur, nempe in generales, quæ initio Breuiarij ponuntur, & in particulares, quæ ſunt per Breuiarium vndequaque ſparſæ. Sed quo conformiores eſſe poſſint leges Breuiarij, Miſſalis legibus; eas in quatuor partes diuidimus, quas eadem methodo, & ordine proſequemur, quo proſecuti ſumus Miſſalis rubricas in priori huius voluminis parte, duabus nempe interiectis partibus, quæ in Breuiario deſiderantur: illa ſcilicet quæ ritus præſcribit, & alia quæ defectus patefacit, vtramque ex Gauanti lucubrationibus deſumpturi. Nec tamen

men illius insistemus methodo; vt pote alium omnino ordinem secuturi, ne pars posterior a priori dissideat. Hoc posito fundamento, rubricas Breuiarij, in quatuor partes diuidendas censemus, quarum prima contineat generales rubricas; secunda ritus præscribat seruandos in recitatione tam publica quam priuata; tertia defectus vitando doceat; 4 rubricas particulares complectatur.

PARS

vel de vigilia, vel de octaua, vel de S. Maria in ſabbato vel pro officio comm. habet, vel concurrit cum alio , vel occurrit, ita vt alterius fiat trãslatio. De quibus agitur in Breuiario, primis 11 titulis. Maiores partes officij, ſunt matutinum, laudes, prima tertia, ſenxta nona, veſperæ, & completorium, De quibus titulis 13.14.15. 16.17. & 18. Partium partes ſunt inuitatorium, hymni antiphonæ, Pſalmi, cantica, verſus abſolutiones, benedictiones, lectiones, reſponſoria, capitula, orationes Hymnus, *Te Deum*, Oratio Dominica, Salutatio Angelica, Symbolum Apoſtolorum, Symbolum Athanaſij, Preces: ſuffragia Sanctorum, & Antiphonæ Beate Mariæ finales, adde quibus à titulo 19. an titulum. 36.

*De Duplici. Tit.* 1.

QVatuor ſunt duplicium genera. Primum dicitur primæ claſis; ſecundum ſecundæ claſ-

classis; tertium appellatur maius; 4. minus per annum. Primæ classis sunt *Natiuitas Domini*, &c. numer. 17. in Ecclesia vniuersali, queis adde *Dedicationem propriæ Ecclesiæ, & Cathedralis, Patroni festum, & tituli Ecclesiæ*, 2. classis sunt *Circumcisio Domini*, &c. nu. 12. in Ecclesia vniuersali, si addas festum *S. Stephani, & SS. Innocentium*. Duplicia maiora per annum sunt *Transfiguratio Domini*, &c. queis adde nunc dies octauas, *Epiphaniæ, Paschæ, Ascensionis, & Corporis Christi*, numero 16. in Ecclesia vniuersali. His etiam addendi sunt. *Patroni minus principales*, nisi sint altioris ordinis in Kalend. Reliqua duplicia sunt minora quibus in Kalendario apponitur hæc vox *Duplex*, & prætera *dies octauæ festorum habentium octauam*, quarum supra non meminimus.

*Festa Beatificatorum, æqualia sunt festis Canonizatorum dummodo*

*modò sint eiusdem ordinis.*

De sancto cuius habetur insignis reliquia, si concedatur officium, fit duplex minùs per annũ, ita Sacr. Rit. Congreg 25. Nouemb. 1602. Translatio Patroni principalis loci, ritu duplici celebratur.

*De semiduplici. Tit. 2.*

SEmiduplici ritu gaudent dominicę per annum, & ea sanctorum festa quibus in kalendario apposita est vox *semiduplex*, item dies infra octauas.

De Sancto cuius habetur reliquia non insignis, si concedatur officium debet esse semidupl.

De Sanctis locorum consueuit sancta Sedes Apostolica vbi neq; nati, neque mortui sunt, neque reliquiæ insignes extant, concedere officium semiduplex.

Inuentiones, & translationes excepta translatione principalis Patroni (ritu semiduplici coluntur.

classis; tertium appellatur maius; 4. minus per annum. Primæ classis sunt *Natiuitas Domini*, &c. numer. 17. in Ecclesia vniuersali, queis adde *Dedicationem propriæ Ecclesiæ, & Cathedralis, Patroni festum, & tituli Ecclesiæ*, 2. classis sunt *Circumcisio Domini*, &c. nu. 12. in Ecclesia vniuersali, si addas festum *S. Stephani, & SS. Innocentium*. Duplicia maiora per annum sunt *Transfiguratio Domini*, &c. queis adde nunc dies octauas, *Epiphaniæ, Paschæ, Ascensionis, & Corporis Christi*; numero 16. in Ecclesia vniuersali. His; etiam addendi sunt *Patroni minus principales*, nisi sint altioris ordinis in Kalend. Reliqua duplicia sunt minora quibus in Kalendario apponitur hæc vox *Duplex*, & præterea *dies octauæ festorum habentium octauam*, quarum supra non meminimus.

*Festa Beatificatorum, æqualia sunt festis Canonizatorum dum-*

*modo*

*modò sint eiusdem ordinis.*

De sancto cuius habetur insignis reliquia, si concedatur officium, fit duplex minùs per annũ, *ita Sacr. Rit. Congreg 25. Nouemb.* 1602. Translatio Patroni principalis loci, ritu duplici celebratur.

### *De semiduplici. Tit. 2.*

1 Semiduplici ritu gaudent dominicę per annum, & ea sanctorum festa quibus in kalendario apposita est vox *semiduplex*, item dies infra octauas.

De Sancto cuius habetur reliquia non insignis, si concedatur officium debet esse semidupl.

De Sanctis locorum consueuit sancta Sedes Apostolica vbi neq; nati, neque mortui sunt, neque reliquiæ insignes extant, concedere officium semiduplex.

Inuentiones, & translationes (excepta translatione principalis patroni) ritu semiduplici coluntur.

## De Simplici. Tit. 3.

FEsta simplicia quibus in Kalendario nihil apponitur, superant hodie centenarium numerum.

## De Dominica. Tit. 4.

DAntur Dominicæ vacantes à Natiuit. Domini ad Epiphaniam inclusiuè, quia incongruum erat si occurreret festum Natiuitatis Domini vel Circuncisionis, vel Epiphaniæ in Dominica, quòd vna cum festo Domini, fieret commemoratio de Dominica quod est festum Domini. In gratiam autem Natiuitatis Domini, & Circumcisionis, fuit ordinatum, quòd nec in tribus festis, & octauis diebus S. Stephani, S. Ioan. & SS. Innocentium vlla haberetur ratio Dom. occurrentis.

2 Si quæ supersit Dominic. quæ propriè in die Dominico locum non habeat, quod accidere potest in officio 3. 4. 5. aut 6. Dominicæ post Epiphaniam, & 23. post Penteco-

tecosten, tunc fit de Dominica exclusa, in sabbato præcedenti, non impedito festo 9. lectionum, alioquin in alia immediatè præcedenti feria, seu festo simplici; in qua, seu quo, officium fiat de feria, & legantur tres lectiones de homil. Domin. & in laudibus dicatur antiphona *ad Benedictus*, & oratio de Domin. currente in proprio loco, cum commemoratione festi simplicis. *Sed nota præcedentem feriam non esse ad libitum, sed solum si Sabbatum impeditum fuerit festo nouem lectionum. Quòd si tota hebdomada sit impeidta officijs nouem lectionum etiam translatis, tunc in Sabbato legatur 9 lectio de homil. Domin. & fit commemoratio eiusdem in laudibus tantùm, cum Antiphon. & oratione propria.*

Sabbato impedito, aut feria 6. aut 5. à festo simplici; non erit anticipandum, officium prædictarum Dominicarum, feria 4. aut 3.

in qua nullum fortaſsè occurrit feſtum. Nam neque ſimplex officium B. Mariæ in ſabbato, neque feſtum ſimplex in eodem, aut ferijs prædictis occurrens, impedit, quominùs in ſabbato fiat officium de Domin. quæ ſuperſit, ſed tantùm officium 9. lect. Curandum tamẽ eſt quoad fieri poteſt vt propiùs ad ſabbatum fiat officium de ea Dom.

3 Dominicæ primæ claſsis, nempe 1. Dominica Aduentus 1. Quadrageſimæ; Paſsionis, Palm. in Albis, excellunt alijs, quibus etiam Patroni cedunt.

4 Dominicę 2. claſsis, cedunt feſtis Patroni loci, tituli Eccleſiæ, & eiuſdem dedic. non alijs.

5 Dominica 1. menſis eſt ea quæ venit in Kalendis menſis, vel eſt proximior ipſis, ſiue ante, ſiue poſt.

6 Dominica 1. Aduentus eſt ea quę proximior eſt feſto S. Andreæ ſiue ante, ſiue poſt, vel quę venerit in ipſo feſto.

De

*De Feria.* *Tit. 6.*

FEriarum genus duplex: maius alterum; eò quòd de feria maiori fit ſemper in officio ſaltem commemoratio, nempe de feria Aduentus, Quadrageſimæ quatuor temporum & 2. Rogationum: alterum minus, reliquarum quæ ſuperſunt.

*De Vigilia.* *Tit. 6.*

1 VIgilia occurrens in Dominica, transfertur in Sabbatum pręcedens, exceptis vigilijs Natiuitatis Domini, & Epiphan. de quibus fit officium eo die quo occurrunt.

4 Vigilia occurrens in feſto 1. claſſis, in officio nullam habet commemorationem: imò expediret authoritate maiorum eo caſu anticipari ieiunium ante illud feſtum 1. claſſis eo modo quo Nauarrus teſtatur Leonem ſtatuiſſe, vt eo anno quo vigilia S. Ioannis Baptiſtæ incidit in feſtum Cor-

poris Christi, pridiè eiudem festi ieiunetur 4. scilicet feria. *Caietanus docet in verbo Ieiunium, cum Tabiena, & alijs posse Episcopum, in festo solemni Patroni loci, si in eo occurrat vigilia transferre ieiunium in pridianum diem.* Officium autem vigiliæ, in his casibus non est anticipandum, separari namque possunt officium vigiliæ, & ieiunium eiusdem.

3 Vigilia occurrens in feria maiori, omittitur in officio, ita vt nec de ea fiat commemoratio.

4 De Vigilia Epiphaniæ fit semper commemoratio quocumque duplici occurrente, quod additum est in postrema Breuiarij recognitione.

*De octaua. Tit. 7*

1 COnsueuerunt cum octauis solemniter celebrari festa sanctorum apud quasdam Ecclesias, Congregationes, & Religiones. Quæ non abrogantur in rubrica de octaua numer 1. sed post editum

editum à Pio V. Breuiarium, nulla potest induci octaua vltra prædictas sine sedis Apostolicę auctoctoritate. Ex quo apparet non posse fieri festum cum octaua, tum canonizationis, tum beatificationis, præclusa licentia Sanctæ sedis Apostolicæ.

2 Inter octauas est differentia quæ reuocari potest ad quatuor gradus. In primo gradu, sunt octauæ Paschæ, & Pentecostes, in quibus non fit de vllo festo. In 2. gradu, octau. Epiphaniæ admittit tantùm festum Patroni, Titularis, & Dedicationis, non tamen in die octaua, in qua celebratur Baptismus Christi. In 3. gradu octaua Corporis Christi admittit duplicia tantùm, non translata, nisi sunt altioris ordinis, quod in postrema Breuiarij recognitione decretum est. In quarto gradu octauæ reliquæ admittunt quæcumque festa etiam semiduplicia. *Nota quod infra octauas huius vltimi*

*gradus duplicia translata fiant quocumque die semiduplicia verò non transferuntur ultra proximè sequentem diem quæ si fuerit impedita festo 9. lectionum, transferuntur post octauam; semiduplicia occurrentia ante octauam, trasferuntur sine dubio post octauam.*

3 Infra octauas Epiphaniæ Corporis Christi, & Natiuitatis eiusdem, occurrente festo admisso semper fit commemoratio de octaua.

4 *Maior dignitas octauæ attenditur circa classem festorum; nam prima classis est dignior secunda: in eadem autem classe attendi debent personæ hoc ordine, Christus, Beata Virgo. Angeli, S. Ioannes Baptista, Apostoli, & alij deinde iuxta ordinem Litaniarum: & cæteris paribus dignior est octaua quam celebrat uniuersalis Ecclesia ea, quam celebrat particularis.*

5 De-

5 Dedicationis octaua dignior est octaua patroni, & hæc, dignior octaua Titularis. Sed octaua Assumptionis B. Virginis, dignior est octaua Dedicationis.

6 In postrema Breuiarij recognitione, decretum est nihil fieri posse, ne commemorationem quidem de octaua quæ non habetur in Kaelndario Roman. à die 17. Dembris, vsque ad Epiphan. inclusiuè.

*7 Accidit inchoatas octauas non compleri in tribus casibus. Primus est quando aduenit dies 17. Decembris; secundus quando aduenit feria 4. Cinerum tertius aduenienie vigil. Pentecost. Quare si occurrat dies octaua festis habentis octaudm in his tribus eo casu in pridianis vesperis nihil fiat, neque commemoratio de octaua cum in sequentibus diebus nihil item sit de ea faciendum.*

8 Dies octaua festi cuiuslibet habentis octanam nunquam

transfertur ; & in occursu cedit tantùm duplicibus primæ, & 2. Classis. Itaque excludit, & transferri facit festum duplex in ea occurrens siue maius, siue minus. Excipe octauas dies Natiuitatis Domini, & Epiphan. quæ excludunt alia festa quæcumque ; & octauam Corporis Christi, quæ cedit tantùm duplici 1. classis ex decr. Ioannis 22. Cedit etiam dies octaua Dominicis priuilegiat. 1. & 2. classis, in quibus fit tantùm commemoratio de octaua.

6 In primis vesp. communibus diei octauæ. & dominicæ priuilegiatæ, recitari debent vesperæ cum psalmis sabbati, à capit. de Domin. priuil. & in fine additur commemoratio octauæ tantùm, vt in primi vesp. festi, *ita decreuit Sacr. Rituum Congreg.* 9. *Decemb* 1622.

10 Si Dominica ipsa priuilegiata concurrat cum sequenti festo duplici, adhuc commemoratio octa-

octauæ fiet post commemorationem Dom. si verò sequatur festum semiduplex : vesperæ erunt de Dom. cum commemor. diei octauæ, vt in 2. vesperis festi, & deinde semiduplicis , vt in primis eiusdem vesp.

11 Si dies octaua concurrat cum alia die octaua ; a c. fit de sequenti, cum commemor. præcedentis . Quod seruatur etiam in die octaua principalis Patroni , quia octauæ omnes , exceptis octauis Domini , sunt eiusdem solemnitatis , Quod si in octau S. Ioannis Euangelistæ 2. vesperæ sunt integræ in concursu cum octaua Innocentium; singularis est casus, & in proprijs locis notatus , ex quo nihil inferri potest contra generalem rubricam .

12. Si dies octaua concurrat cum sequenti duplici minori per annum à Capit. fit de sequenti cum comm. octau. Si cum maiori , fit totum de sequenti , cum comm.

*oct. Excipe octauas Domini quæ in concursu cum duplici etiam maiori, habent vtrasque vesper. integras, quod de primis vesper octaua Ascensionis, & Corporis Christi in poctrema Breuiarij recognitione decretum est.*

13 Si concurrat dies octaua cum festo primæ classis sequentis; nulla fit de die oct comm. vt declaratum est in postrema recognitione Breuiarij, de comm. tit. 9. num. 4. Si verò concurrat cum sequenti duplici 2. classis, etiam translato, totum officium erit de seqnenti cum comm. præcedentis, vt apertè dicitur de concurrent. tit. 11. n. 7. & est rubrica generalis, modò in postrema Breuiarij recognitione, additis ijs verbis, *in secundo ordine num. 6.*

14 Accidit alius concursus festi dup. vel semidup. cum die infra oct. & duplex quidem totum habet offic. cum commem. diei infra oct. nisi illud dup. sit 1. classis, quia

tunc

tunc de sequenti die infra oct. nulla fit comm. vel 2. classis, quando in die sequenti, non fit officium de die infra octau. At festum semiduplex regulariter habet officium vsque ad cap. quod est de die infra octau. excipe festum SS. Ioannis, & Pauli, quod habet 2. Vesp. integras cum com. diei infra octau. S. Ioan. Bapt. vt in rubrica propria.

15 Non cedit sequenti Dominicæ vel semiduplici, nisi vsque ad cap. quod erit de Dominica, vel semiduplici.

16 Si festum semid. occurrat in sabbato ante Dom. priuilegiatam, quæ est simul dies octaua festi, habentis octauam, eo casu in vesper. sabbati, antiph. & psalmi erunt de semid. cap. de Domin. priuilegiata, comm. primùm de semidup. *& deinde diei octauæ, quæ in toto die seq. nihil habet*, nisi meram commemorationem.

17 Dies octau. Corporis Christi sola gaudet commemorat. in oc-

cursu

cursu cum duplici primæ classis, sed festis 1. classis non cedit officium, ex rubric. de translatione tit. 10.

### *De officio S. Mariæ in Sabb.* *Tit. 8.*

1 IN omnibus sabbatis non impeditis officio, quoad ritum, digniori, quale est etiam Feriæ maioris, aut Dominicæ anticipatæ, fit officium de S. Maria eo modo quo fit de festo simplici. Festum simplex cedit huic officio, & de festo simplici, fit tantum commemoratio.

2 Ad modum festi simplicis, officium hoc incipit in vesper. feriæ 6. vel à capitulo, si ille dies ferialis est, vel per commem. si eo die est festum 9. lect.

In completorio feriæ 6. quamuis sit de festo 9 lect. in fine tamen hymni ius habet B. virgo vt dicatur, *Gloria tibi Domine Iesu tibi sit gloria*, nisi festum habeat aliunde proprium finem, hymnis om-

omnibus destinatum.

3 Quod si fer. 6. fuerit festum eiusdem B. Virg. in secundis Vesper. omittitur commem. officij in sabbato.

*De Commemorationibus.*

*Tit* 9.

1 DE feria maiori fit comm. quando festum 9. lect. in ea occurrit, neque vnquam omittitur de ea commemoratio.

2 De vigilijs fit semper comm. nisi occurrant in feria maiori, vel in festo dupl. primæ classis, quia tunc nihil fit de vig. excepta vig. Epiphan de qua nunquam omittitur comm.

3 De simplici fit com. quando occurrit in feria maiori vig. S. Maria in Sabbat. die infra octau. semidupl. Dominica, die oct. & in dupl. per annum, tam in primis Vesp. quàm in laudibus. in duplicibus 2. classis tantùm in laudibus: item in eiusdem festi simplicis 1. Vesper. quando cum eo pridiè

diè concurrit semidupl. Dom. dies oct. dup. per annum 2. classis (non autem primæ.)

4 De S. Maria in Sabbat. fit com. quando cum ea concurrit pridiè semidupl. dies octau. dupl. per annum (modò non sit festum Beatæ Virginis) dupl. 2. classis, non primæ.

5 De die infra octau. fit comm. quando in ea occurrit dies infra octau. digniorem, semidupl. Dominica, dies oct. alterius octauæ, duplex per annum, non autem quando dup. 1. vel 2. classis occurrit, exceptis oct. SS. Stephani, Ioan. & Innoc. de quibus fit comm. in festis secundæ classis, ex priuilegio speciali. Item quando concurrit cum sequenti semid. Dom. die oct. alterius octauæ, dupl. per annum non cum alijs.

6 De semiduplici fit commem. quando concurrit cum sequenti die infra octau cum alio semidup. Dominic. die octau. dupl. per annum,

num , non cum alijs .

7 De Dominica fit commemor. quando in ea occurrit dupl quodcumque, aut dies oct. item quando eadem concurrit cum sequenti die oct. vel dupl. per annum non cum alijs .

8 De die oct. fit comm. quando in ea occurrit dies octau. Domini, aut dupl. 1. vel 2. classis aut Dom. 1. vel 2. classis. Item quando concurrit cum alia die octau. vel dupl. quocumque ( modò non sit primæ classis ) sed diuidit Vesp. cum die octau. & cum dupl. minore per annum .

9 De duplici minore per annum fit commemor. quando concurrit cum sequenti alio dupl. quocumque ( modo non sit primæ classis) aut cum die oct. sed diuidit vesp. cum dup. minore, & cum die octaua.

20 De duplici maiore per annum fit comm. quando concurrit cum alio dup. maiore per annum

aut

aut cum dupl. secundæ classis, sed cum dupl. maiori diuidit vesperas.

11 De dupl. 2. classis fit comm. quando concurrit cum dupl. primæ classis, vel cum dup. 2. classis digniore.

12 De dupl. 1. classis fit comm. quando concurrit cum alio dupl. digniore 1. classis.

13 Ex dictis patet quod dupl. 1. classis admittit in 1. Vesper. commemor. de dup. 1. classis minùs digno, de dup. 2 classis, de Dom. 1. aut 2. classis consequenter quæ sequuntur.

Item de die octau. aut Domin. per annum (si festum occurrat in die octau. aut Dom.) de feria maiori non de alijs. In laudibus admittit commemorationem Dom. 2. classis, & per annum, diei octauæ, & ferię maioris, non tamen vigiliæ.

In 2. Vesp. admittit commem. sequentis semid. Dom. die, octau.

dup.

dup 1 classis minus digni, & alterius cuiuscumque dup. feriæ maioris, non aliorum. Vide infra numero 15.

4 *Duplex* 2. classis admittit in primis Vesp. commemorationem Domin. 1. & 2. classis, & Dominicæ per annum, si festum illud occurrit in Dom. & duplicis 2. classis minùs digni, & dupl. per annum, & diei oct. & feriæ maioris, non aliorum. In Laudibus admittit commemorationem diei octauæ, Dominicæ per annum, fer. maioris, vigiliæ, festi simp. Sed non diei infra octau. In 2. Vesper. admittit commemorat. Dominicæ cuiuscumque dup. 2. classis minùs digni, dupl. per annum diei octauę, semiduplicis (diei infra octau. si de ea sequenti die fiat officium) feriæ maioris, S. Marię in Sabbato (nisi festum sit B. Marię) & festi simplicis sequentis.

*Appendix.*

SI sequatur aliud festum 2. classis minus dignum, de quo idcircò in dictis Vesperis fiat tantùm comm. & in eodem festo sequenti occurrit festum simplex: tunc in 2. vesperis integris praecedentis festi, nihil fiet de simplici, consequenter, neque de Dom. per annum, in qua occurrat festum praecedens; quia festum sequens, licèt non habeat vesperas, habet tamen ius excludendi commemorationes praedictas in ijs vesp. quae suae primae essent, nisi occurreret cum magnè digno. A fortiori si festum primae classis minùs dignum, sequatur aliud 1. classis magis dignum, de quo idcircò (nempe de minùs digno) in 2. vesp. praecedentis, fiat tantùm commem. tunc in ijsdem 2. Vesp. nulla fiet comm. Domin. per annum, in qua occurrerat festum praecedens. *Casus accidit Conuenis quoties dedicatio Ecclesiae Cathedralis*

*quae*

*(quæ immediatè præcedit festum S. Bertrandi Patroni principalis locis occurrit in die Dom.*

15 Duplex per annum maius in 1. vesperis admittit comm. Dominicæ cuiuscumque, duplicis maioris (cum quo diuidit vesperas) duplicis minoris, diei octauæ, semid. diei infra oct. cum qua concurrit, feriæ maioris, festi simpl. eodem die occurrent. In Laudibus admittit comm. Dominicæ, diei infra oct. fer. maioris, vigiliæ, & festi simplicis. In 2. vesperis admittit commem. dupl. maioris (cum quo diuidit vesp.) Dominicæ cuiuscumque, dupl. minoris, diei oct. semid. diei infra oct. feriæ maioris, B. Mariæ in Sabbat. & festi simplicis.

16 Duplex per annum minus in 1. vesp. admittit comm. Dominicæ cuiuscumque, tum alterius dupl. minoris, aut diei octau. (cum quibus diuidit vesperas) semid. diei infra oct. fer. maioris, & festi simpli-

pli-

plicis. In Laudibus admittit commem. Dom. diei infra oct. fer maioris, aut vigiliæ, & festi simplicis. In 2. Vesper. admittit comm. alterius dupl minoris, aut diei octauę (cum quibus diuidit Vesp.) Dom. cuiuscumque semid. diei, infr oct. ferię maioris S. Marię in sabb. & festi simplicis.

17 Dies oct. easdem commemorationes admittit quas duplex minus. sed dies octauæ Domini, admittunt eas tantum, quas admittit duplex maius.

18 Dominica per annum in 1. Vesperis admittit commem. semiduplicis, & diei infra octauam (cum quibus diuidit vesperas) & festi simplicis, eodem die occurrentis. In Laudibus commemorationem diei infra octauam, & simplicis. In 2. Vesper commemor. semiduplicis, diei infra oct. & simplicis: at Dominica priuilegiata admittit vltra commem. prędictas, commemorationem diei

octa-

octa. in vtrisque vesperis, & Laudibus. *Hic casus accidit in nostra Congreg. in qua dies octaua solemnitatis Domini Iesu (quod festum præcipuum, & Titulare est Congregationis nostræ, & celebratur die 28. Ianuar) occurrere potest in Dominicis Septuag. Sexages. & Quinquagesimæ.*

19 Semiduplex admittit in primis Vesp. comm. semidup. & diei infra octau. (cum quibus diuidit Vesperas) fer. maioris, & fest. simplicis. In laudibus commemorationem diei infra octauam, ferię maioris, vigilię, & festi simpl. In 2 Vesperis, commemorationem Dominicæ, alterius semiduplicis sequentis diei infra oct. (cum quibus diuidit Vesperas) fer. maioris, & festi simpl.

20 Dies infra oct. admittit easdem comm. quas festum semid. S. Maria in Sabb. admittit comm. in 1. vesp. & Laud. festi simpl. tantum.

22 Sim-

22 Simplex admittit tantùm com. alterius simpl.

23 Feria maior admittit comm. tantùm festi simplicis; idem dic de vigilia.

24 *De tribus octauis fit comm. in vtrisque vesp. & Laud. quocumque festo infra eas occurrente, nimirum Natiuitatis Domini, Epiphan. & Corporis Christi.*

25 Si ex eodem communi, sumitur commemoratio, vnde sumptum est officium; variantur antiphonæ, & versus, ita vt in vesperis sumatur commemor. ex Laud. & è contrà; nisi aliter proprijs locis notetur. Quod de Antiphona, & versu dicitur intellige quoque de versu tantùm, vt varietur, si est opus, & similiter de oratione. Neque refert si pro commemor. eiusdem, contingat dici eundem versum in primis Vesper. & Laud. vt in festo S. Donati in quo fit aliquando, de translata Inuentione S. Stephani, & pro commemorat.

S. Do-

S. Donati, dicitur & in vesperis, & in Laud. idem versus, *Iustus ut palma*, &c. quia in Laudibus nulla est necessitas variandi versum de Laud. proprium.

26 *Antiphona ad Benedictus de communi Pontificum, & de communi non Pontificum confess. sunt diuersa ut altera pro officio, altera pro commemor in Laud. deseruire queant. Habes nunc exemplum in Breuiario recogn. in Festo S. Bonauentura & S. Henrici.*

17 Quando in officio de vno Martyre, fit commemor. de Martyre altero ; & inter suffragia fit commem. de Patrono item Martyre, per antiphonam de communi; vtere vltimo loco versus 2. vel 3. nocturni. Idem fiat si quatuor occurrant, adhibita antiphona, quæ prima est Nocturni primi, & versus Nocturnorum, qui non est dictus in commemorationibus.

28 Commemorat. de Dominica, vel de fer. maiori, vel de die octa-

ua SS. Petri, & Pauli quæ habet homiliam cum suo Euangelio proprio (si in ea occurrat festum 1. vel 2. classis) addit lectionem eiusdem homiliæ, in fine tertij nocturn. pro. 6. lectione· id est, vel primam tantum de homilia, vel tres, in vna simul lectione, coniunctas.

29 De Sanctis qui propriam lectionem habent, de vita & gestis ipsorum (non autem appropriatam de communi, vt in festo v.gr. S. Margaritæ) legitur & est 9. lectio si vna est, vel si duæ sint, ex duabus fit vna. Sed hæc lectio omittitur in Domin. quæ habent nonum responsorium, & in officio in quo dicuntur tantum tres lectiones.

30 Si occurrant duæ commem. in eodem officio, scilicet Dominicæ, vel feriæ maioris, vel vigiliæ, quæ habet homiliam, & simplicis festi quod habet propriam lectionē omittitur lectio de Sancto,

&. e-

& legitur homilia.

31 De die infra oct. non legitur 9. lectio, licet habeat homiliam propriam, imo neque si habeat Euangelium diuersum ab Euangelio festi, quod accidit infra octauas, Apostolorum Petri, & Pauli.

32 Si octaua dies Apostolorum Petri & Pauli occurrat in Domin. in qua fit de Titulati Ecclesiæ, cum commem. octauæ (quæ habet Euangelium proprium) & Dominicæ; legatur potius Euangelium cum homilia Dominicæ, vt legantur populo per annum in Missa omnia Euangelia Dominicalia. *Ex Gauanto.* Censent alij legendum potius Euangelium octauæ, tum quia huius officium dignius est; tum quia huiusmodi Euangelium non potest legi alio die; quod non potest dici de Euangelio Domin. potest enim legi sequentibus diebus infra hebdomadam.

Q 2 33 Quan-

32 Quando contingit fieri plures commemor. seruetur hic ordo De duplici, ante diem octauam de die octaua, ante Dominicam; de Dominica ante festum semid. de semiduplici, ante diem infra octauam; de die infra octauam ante ferias maiores: de ijs ante cōmem. S. Mariæ in Sabb. de ea, ante festum simplex. *Dixi de semiduplici, ante diem infra octau. quod bene nota quia semiduplex est festum; dies verò infra octau. est tantum continuatio festi. Habes casum in 2. Vesper. S. Thomæ Cantuariensis; quando concurrat cum festo S. Siluestri, quo casu, commemoratio S. Thomæ, præcedit commem. omnium oct.*

34 Fit commemorat. festi simpl. in vesper. de feria, quando postridie de eodem facienda est tantum commemorat. ob occurrentem feriam maiorem, aut vigiliam, casus accidere potest, in occursu feriæ 4. Cinerum feriæ 4. aut

6. qua-

6. quatuor temporum.

35 Si festum simplex occurrat, in feria 5. in Cœna Domini, tunc in Vesperis præcedentibus feriæ 4. nihil fit de eo vti nec ipso die.

***De occurrentia officij diuini seu de translatione festorum.***

*Tit.* 10.

1 DVplex festum potest occurrere in Dom. Aduentus, & in Domin. à Sept vsque ad Dominicam in Albis inclusiuè, in vigilia Natiuitatis Domini, in Circuncisione, in tota octau. Epiphan. in feria 4. Ciner. in tota maiori hebdomad. infra oct. Paschæ, Ascensione Domini, in diebus à vigilia Pentecost. inclusiuè, vsque ad festum Trinitatis inclusiuè, in festo corporis Christi, & eius die octaua, in Assumptione B. Virginis, & in festo omnium SS. quæ duo vltima, addita sunt in postrema recognitione Breuiarij, & tunc duplex transfertur in primam

diem festo 9. lectionum non impeditam.

2 Si vero est duplex primæ classis de eo fit in Dominicis 2. 3. & quarta Aduentus, & Quadrag. in Dominica Septuag. Sexagesimæ, & Quinquagesimæ, & infra octa. Epiphaniæ. & in die octaua Corporis Christi.

3 Si contingat vt duo festa dupl. occurrant eodem die intra oct. hoc est, in Ecclesia aliqua particulari, quæ fortè celebret octauam Patroni loci, aut aliam, infra quam potest occurrere duplex, ex festis mobilibus, vna cum duplici per annum in Kalendario Roman. eo casu transferri debet duplex minus in primam diem similiter non impeditam. *Accidit Tolosæ casus particularis anno* 1635. *die* 14. *Iunij: occurrerunt enim eodem die tria officia, duplicia nempe diei octaua Corporis Christi translationis S. Exuperij, & S. Basilij magni. Octaua cessit translatio; transla-*

*lationi, vt potè solemniori (festum enim populi est) cessit festum S. Basilij; & singulis annis occurrunt duo posteriora eodem die, quo circa, assignandus esset certus dies festo S. Basilij auctoritate maiorum.*

4 Semiduplex potest occurrere in diebus prædictis num. 1. & secundo, & præterea infra oct. Corporis Christi, & alijs Dominicis per annum, in quibus casibus, transfertur in primam diem non impedita. Similiter si occurrat in Dominica infra octauam, transfertur in proximè sequentem feriam secundam. & si est impedita, vltra octauam. Si occurrat infra octauam Corporis Christi, & immediate sequantur octauæ Sancti Ioannis, & SS. Apostol. transfertur post omnes octauas.

5 Occurentibus pluribus festis nouem lect transferatur minus nobile, vel ratione ritus putà quia

ſemiduplex occurrit cum duplici vel ratione perſonæ, quæ ſit inferioris ordinis ſi ſint in ritu æquales.

6 Translatis pluribus feſtis duplicibus, & ſemid. fiat offic. priùs de digniori quoad ritum; quod ſi æqualis ſit ritus, fiat de eo prius quod erat prius in Kalendario.

7 *Si occurrat in Domi. in Albis, vel Trinitatis. aliquod feſtum, quod ex prædictis debet transferri (nulla habita ratione quod habeat ius ad illam Dom.) fiat in feria 2. non impedita de feſto priùs translato, ordine ſeruato dignitatis, & Kalendarij, prout verè ſonant verba rubricæ de translatione feſtorum num. 7. examinata in poſtrema Breuiarij recognitione.*

8 Feſtum ſimplex nunquam transfertùr, ſed vel officium vel comm. fit de eo; vel omninò omittitur vt in feſtis 1. claſsis.

9 Si feſtum aliquod tranſferatur à tempore Paſchali, ad tempus non

non Paschale, vel e contrà; recitandum erit officium congruens tempori.

10 Si occurrant duo festa eodem die, sub vna ratione festi in Kalendario Roman. quorum alterum est Patroni, seu Tituli Ecclesiæ, festum v. grat S. Sebastiani, cui cum S. Fabiano fit ordinariè festum, eo casu fit de Patrono, seu Titulari tantum; hoc est de S. Sebastiano solo, vti festo 1. classis, non autem de socio eo die. Qui verò hac de causa in eorũ proprio die omittuntur, vel sunt in Kalendario Rom. sub ritu duplici, seu semidup. & tunc prima die similiter non impedita fit officium de omissis sub ritu semiduplici tantùm, puta in exemplo allato, fiat de S. Fabiano ritu semiduplici; post oct. S. Sebastiani; vel sunt sub ritu, simplici, & tunc in ea Ecclesia nihil fit de socijs omissis Exemp. gr. in Eccles. SS. Marcellini, & Petri, S. Erasmus nihil habet vnquam,

ne quidem commemorat. die 2. Iunij.

11 Si ij qui diuiduntur, sunt altioris ordinis, vt in Ecclesia S. Philippi Apostoli, de quo solo fit idcirco festum 1. classis; eo casu prima die non impedita, fiet officium de S. Iacobo, sub ritu duplicis secundæ classis, & die 4. Maij in Laud. tantum fiet commemor. cum 9. lectione S. Monicæ, ex duabus vna.

12 Prædicta separatione facta Patroni, seu Titularis, a socijs quos habent in Candelario Rom. curandum erit vt oratio, lectiones & Euangelium cum homilia congruant festo, ita vt pro vno, non pro pluribus, officium fiat, & deficientibus proprijs, erit ad commune SS. recurrendum, reseruata Patrono potius, quam socijs, oratione propria, & in numero singulari accommodata, pro socijs autem sumatur de communi, nisi contingat de socijs fieri extra-

octa-

octauam Patroni, vel Tituli, quo casu nulla est variandi necessitas.

13 Si occurrant eadem die Patronus principalis loci, & Titularis Ecclesiæ Regularium in propria Ecclesia Regularium, fit de Patrono loci, translato Titulari. Quod si hoc accidat quotannis, assignanda erit dies sequens in perpetuum Titulari illius Ecclesiæ, nisi ex priuilegio aliter fieri debeat. A fortiori cedet Patrono loci, aliud quodcumque festum Regularium inferioris classis.

Officia concessa ad libitum, in pari gradu, cedunt alijs de præcepto, vel ex vi rubricarum recitandis.

### *De concurrentia officij.*

### *Tit.* II.

1 DAntur in officio diuino concurrentia, & occurrentia.

Concurrentia est duorum pri-

diè & hodiè, vel hodiè & postridiè celebrandorum; occurentia est duorum in eodem die celebrandorum.

2 Festum duplex concurrere potest cum alio dupl. vel die oct. festi habentis octauam. Si ergo sunt æqualia regulariter à capitul. fit de sequentia comemorat. præcedentis. Si verò inæqualia vesperæ integræ erunt de digniori, commemoratio de minus digno; Dixi regulariter, quia in festis Natiuitatis Domini fallit hæc regula, vt eo loco patet.

3 Inæqualitas attenditur ex hoc ordine. Festa Domini, præferuntur omnibus alijs, & habent vtrasque vesp. integras; festa B. Mariæ, festis aliorum sanctorum. Festa Angelorum, & Apostolorum, cæteris alijs, imo, & Euangelistis: Festa Sanctorum qui in proprijs Ecclesijs solemniter celebrantur, alijs in Kalendario descriptis. Hinc appellantur festa prædicta, vel 1. vel

3. clas-

2. classis, vel duplicia maiora, quæ in concursu cum minoribus, habent integras vtrasque vesp. Erant ergo qui in Ecclesia propria B. Rochi, de eodem Patrono recitant primas vesp. cum comm. Assumptionis B. Virg. cui debentur integræ 2. vesp. ex hac rubrica. Quod autem dictum est, festa solemnia locorum præferri alijs in Kalendario descriptis, intelligitur cæteris paribus habita ratione personarum, iuxta prædictos gradus, & maioritatis ritus.

(Vnde si Patronus loci, aut Titularis Ecclesiæ, inferioris Apostolis, puta martyres Confessores, aut eiusmodi, concurrant cum festo SS. Petri, & Pauli festum Apostolorum præferri debet, & habet 2. vesp. integras, tum quia rubrica hoc clare præscribit; tum quia inter suffragia consueta, commemoratio Apost. præcedit commemorationem Patroni, seu Titularis tum quia in oratione *A cunctis*, hoc

hoc idem accidit, tum quia hi Apostoli habentur veluti Patroni vniuersalis Eccl. *Ex Durando lib. 6. cap. 60.* Vnde non solum in officio magno, locum habent in suffragijs sanctorum communibus; sed etiam in officio paruo B. Mariæ, in commemorationibus consuetis. *Quod dixmus de concurrentia, idem dicendum de occurrentia.* Si enim in die festo Apostolurum Petri, & Pauli, occurrat Patronus loci, vel Titularis Ecclesiæ, ob easdem rationes, fiet de Apostolis, translato festo Patroni, aut Titularis.

4 Duplex concurrere potest cum Dom. semid. die infra octau. officio S. Mariæ in Sabb. & simplici, & tunc omnia in secundis vesp. erunt de duplici, cum commem. illorum, nisi duplex esset 1. classis, quod admitteret commemorationē de Dominic. aut semidupl. tantum vel secundæ classis quod admitteret præterea commemora-

tio

tionem de die infra octau.offic.S. Mariæ in Sabbat.& de simplici sequenti.

5 Dominica concurrere potest cum sequenti duplici , & omnia erunt de dupl. cum commemor. Dominicæ,nisi sequens duplex sit 1.aut 2. classis, quod excludit Dominicæ præcedentis commemorat. Item cum semiduplici potest concurrere , vel cum festo simpl.. & in his casibus , omnia de Domin. cum commemorat.de sequent. Quæres cur Dominica habeat 2. Vesperas integras in concursu cum semiduplici sequenti, & non habeat integras primas in concursu cum semiduplici præcedenti? Respondet Gauantus: quia Psalmi sabbatini minus habent festiuitatis, plus ferialitatis incongrui visi sunt inter festum semidupl. & Dominicam, quo factum est ,vt Psalmi essent festiui de semiduplici, & capitulum de Dom. at in secundis vesper.totum est festiuum,

stiuum, & cum Domin. sit festum Domini, debet habere vesp. integras in concursu cum festo æqualis ritus.

6 Semiduplex potest concurrere cum dupl. & omnia de dupl. fiunt, cum comm. semiduplicis, nisi duplex fuerit 1. vel 2. classis. Item potest concurrere cum Dom aut cum alio semidupl. aut die infra oct. & tunc diuiduntur vesperæ, & capitula de sequenti. Item potest concurrere cum offic. B. M. in Sabbat. aut cum simplici, & eo casu omnia de semid. cum comm. seqnentis.

7 Simplex non potest concurrere cum sequenti, quia non habet 2. vesperas.

8 Feria item non potest concurrere cum sequenti, quia incipit, & desinit, vbi desinit, & incipit quodcumque aliud officinm.

9 De octauæ concursu actiuo, & passiuo, satis superque, titulo 7 præced. *Titulum 12. de ordinando*

*offi-*

*officio, de industria om simus, vt pote nihil habentem difficultatis.*

## *De Patrono loci, & Titulo Ecclesia Appendix. Tit. 12.*

PAtronus est quem Episcopus cum populo sibi Patronum elegit, eo vel quia primus eo loci Episcopus, vel quia ibi humatus, vel quia ciuis eiusdem loci, vel quia iuuit aliquando mirabiliter populum, in eius necessitatibus, vel ob alias similes causas. Titulus autem Ecclesiæ est is, sub cuius inuocatione dedicata est Ecclesia. Vt sub inuocatione SS. Trinitatis, Corporis Christi, S. Crucis Beatæ Mariæ, Sanctorum &c. Nonnulli vocant patronos, eos erga quos, solo deuotionis affectu mouentur, non communi toti ciuitati, seu loco. At de ijs non loquitur rubrica, quæ locum accipit pro multitudine cleri, & populi, ex communi modo loquendi.

*In*

*In posterum decernendi erunt Patroni iuxta decretum quod sequitur.*

DEcretum super electione Sanctorum in patronos à Sacr. Rituum Congreg. de ordine S. D. N. Vrbani Papæ VIII. mandatum die 3. Martij 1630. Sacr. Rituum Congregat. annuente SS. D. N. in electione Patronorum mandauit infra scripta in posterum seruari debere, declarans quod aliter facta electio, nulla sit ipso iure 1. quod eligi debeant in patronos, ij solùm qui ab Ecclesia vniuersali, titulo Sanctorum coluntur, non autem beatificati dumtaxat. 2. Quod de Patrono ciuitatis electio fieri debeat per secreta suffragia, à populo, mediante Concilio generali illius ciuitatis, vel loci, non autem ab Officialibus solùm, & quod accedere debeat consensus Episcopi, & cleri illius loci. Idemque seruari debet in Patrono regni, qui pariter

riter eligi debet, per secreta suffragia, a populo singularum ciuitatum prouinciæ. Et quod repræsentatibus regnum, ciuitatatem, prouinciam, nulla competat facultas eligendi Patronos, nisi ad hoc habeant speciale mandatum, & vlterius interueniat consensus Episcopi, & cleri dictarum ciuitatum, 3. Quod causæ electionis nouorum Patronorum debeant in Sacram Congregationem deduci, & ab ea examinari, ac demum cognita causa ab eadem Congreg. approbari, & confirmari, & ne præmissorum ignorantia ab vllo vnquam possit allegari, eadem Sacr. Rit. Congreg. supra dictum decretum imprimi, & publicari mandauit.

Io. Bap. Card. Detus.

Loco ✠ sigilli.

T. Tegrimius, Secret.

1 De-

1 DEcretum hoc comprehendit etiam Patronos minus principales, quos decet esse sanctos vniuersales.

2 Dantur Patroni vnius ciuitatis, & patroni vnius Prouinciæ, vt Mediolanensis Prouinciæ Patronus, est S. Ambrosius.

3 Dantur etiam plures Patroni loci, sed vnus debet esse principalis.

4 Titulus Ecclesiæ vnius materialis. solet esse vnicus, sed tamen potest esse plurium sanctorum sub pluribus festis; vel plurium sub eodem festo.

5 Tam de Patrono principali loci, quam de Titulari Ecclesiæ, fit officium vt de dupl. 1. classis, cum octaua, & quæcunque supra dedimus duplici 1. classis, eadem concedenda sunt Patrono in suo loco, & Titulari in sua Ecclesia. *Sacra Rituum Congregat. decreuit* sępius Regulares etiam teneri ad festum de patrono loci, & officium

cium ſolemne, iuxta bullam Gregorij XIII. die 30. Decem. 1573. non tamẽ teneri ad octauam eiuſdem oct. verò ſatis eſt], ſi fiat à clero ſæculari illius loci.

6 Si Patroni plures dentur, ſeu Titulares, officium quidem ſingulorum duplex erit, ſed octaua non conceditur, niſi feſto principalis Patroni, & principalis item Titularis Eccleſiæ imò neque 1. claſſis feſtum erit, niſi ſolemne principale feſtum principalis patroni, aut Tituli Eccleſ. qua non eſt patroni translatio, & ſimilia

7 De Patronis minns principalibus, non tenentur Regulares officium recitare, laudabile tamen eſt ſi recitent. Officium autem erit duplex maius per annum.

8 Si accidat quod in Cathedrali fiat de Patrono loci abſq; octaua veluti Mediolani de S. Ambroſio, ſubditi Archiepiſcopo huius Cathedralis poſſunt facere octau. Quandonam transferendum, vide ſupra

ſupra de translat. feſt. titul. 10. num. 1. & 2.

9 Tanta eſt ſolemnitas Patroni loci, vt ſi incidat in vigiliam quæ ſit in Kalend. cum ieiunio de præcepto, nihil in officio fiat de vigilia: in menſa tamen ieiunandum erit, niſi transferatur in præcedentem diem ieiuniũ, auctoritate maiorum.

10 Habet integras vtraſque veſper. niſi concurrat cum feſtis Chriſti 1. claſſis, aut B. Virginis Aſſumptæ, aut Dedicationis propriæ Eccleſiæ, eique cedunt in concurſu octauæ Domini, nempe Epiphaniæ, Paſchæ Aſcenſionis & Corporis Chriſti.

(Puto ego iuxta prædicta titul. 11. num. 3, quod in concurſu, cum ſanctis Apoſtolis Petro, & Paulo, eis cedit Patronus, vt pote dignioribus, ob rationes ibidem fusè allatas.)

11 Debentur eidem lectiones in primo Nocturno, nequæ habentur

in

in communi Sanctorum ad maiorem celebritatem. *Lectiones 2. & 3. Nocturni, si non adsint propria in Breuiario, neque extra Breuiarium approbatæ à S. Sede Apostolica, sumantur de communi, & de Octauario Rom. in hanc præcipuè causam edito. Nam in officio, nihil est legendum quod ab eadem sede Apostolica non sit approbatum, vt fuisse probat ex Gelasio Papa Rodulphus, propositione* 11. *& Sixt V. constitutione* 74. *concedens varias facultates. Sacr. Rituum Congreg. officia Sanctorum Patronorum nouit approbari posse, inconsulto summo Pontifice, approbata vero pro certo loco, negauit sæpius Sacr. Congregat. extendi posse ad alia loca inconsulta eadem Congreg.*

12 Titulus altaris seu, capellæ celebrandus est prout in Kalendario Roman. describitur, in quo si neque nominatur ad illud altare celebrari poterunt Missæ festiuæ, cum

cum hymno Angelico, & tribus orotionibus, *vt supra tract.* 1. *parte* 11. *tit* 9. *num.* 10. sed officium nullatenus fiat sine licentia maiorum, ad quos attinet mutare ritum.

13 Si altare est titulus beneficij idem agendum,

14 Si est titulus Ecclesiæ dirutæ ad illud altare translatæ, ille qui emolumenta prædictæ Ecclesiæ percipit, recitare debet officium de eo in eius festo, & ritus est semidupl. nisi dignitas eiusdem aliud exposcat, sed in his casibus consulatur Sacra Rituum Congreg.

15 Beneficiatus habens Ecclesiam, quæ est titulus beneficij, licet apud eam non resideat, debet tamen festum eiusdme colere vt 1. classis, & cum octaua celebrare.

16 Titularis non debet celebrari, extra propriam Ecclesiam, nequidem ritu semiduplici.

17 Dies

17 Dies octaua Patroni loci accidit alicubi in festo dupl. quod ibi est in pręcepto, vt in vrbe Rhegij, ditionis Estensis, in qua, octaua dies S. Prosperi occurrit in festo Visitationis Beatæ Virginis quod ibi est de præcepto; Sacr. Rit. Cong. approbans officiū pro clero Rhegiensi, decreuit fieri officium de festo, cum comm. octauæ; aliàs transferri debet festum, vt supra tit. 7. n. 8.

18 In vigilia Patroni, quę habet offic. in Kalendar. erit ea die omittenda comm. de Patr. quę solet fieri inter suffragia.

19 Quæ diximus de Patrono principali loci, eadem conueniunt Fundatori, & Patrono Ordinis in toto Ordine, post solemnem canonizationem eiusdem.

20 Negamus tamen infra octauas Patroni, seu Tituli, aut dedicationis propriæ Eccl faciendam esse commemorat. de oct. quocumque adueniente festo: quia hoc est

priuilegium octauarum Natiuitatis Domini, Epiphan. & Corporis Christi.

*De proprio ritu singularum partium. Tit. 13.*

POst regulas generales totius officij, veniendum est ad regulas singularum officij partium, hoc est horarum quas titulis sex perstringendas esse constat, si velimus Breuiarij ordinem sequi, sed non video cur singillatim de ijs sit agendum, cum nullas difficultates peculiares contineant: his igitur pretermissis ad reliqua pergamus, quæ ad partium partes attinent.

*De partium hoc est horarum partibus. Tit. 14.*

HOrarum partes multæ sunt, & variæ, quæ proprios habent ritus, verùm ita claros, vt opus non sit earum titulos sigillatim expendere, sed sufficiet quædā scitu digniora breuiter annotare.

## Ex Tit. 20. De Hymnis.
### Tit. 15.

IN officio ſemid. de B. Virgine quod à Regularibus ex priuilegio fit in Sabbato, ſi in primis veſper. fiat tantum commemor. in Completorio dicitur *Gloria tibi Domine*, vel, *Ieſu tibi ſit gloria*; (quod ſeruari etiam debet, in vniuerſali Eccleſia, quando fit de S. Maria in Sabbat. more conſueto) in ſecundis autem veſper. ſi fiat de ea ſaltem commemor. eodem modo concluduntur hymni vſque ad Completorium incluſiuè. Quidni iiſdem vtemur legibus in commemoratione ſolemnitatis B.M. Virginis? atque idem ſeruandum eſt in officio ſemidupl. de SS. Sacramento in ferijs quintis à Regular. ſi verò nulla fiat in Veſper. commem, neque in Completorio variatur finis hymni.

Ex Tit. 21. De Antiphonis:
Tit. 16.

SI Antiphona sumitur ex principio psalmi vel cantici, & incipit sic psalmus, vel canticum, eo casu non dicitur principium psalmi, vel cantici, sed continuatur quod sequitur in psalmo vel cantico, ab eo loco vbi desinit Antiphona. Quod nota præsertim in communi Dedicationis Ecclesiæ in 3. nocturno, in psalmo *Qui habitat*; nam die primo, & octauo; dicta Antiph. a choro, incipi debet psalmus à 2. vesr. *Dicet Domino*; Si verò tempore Paschali addas in fine *Alleluia*, tunc incipitur psalmus a 1. versu *Qui habitat*: quia illud *Alleluia*, tollit cõtinuationem Antiphonæ cum psalmo; *quod additum est in postrema Breuiarij recognitione*.

In Vesp. ferialibus feriæ 2. dicto initio Antiphonæ ab Hebdomadario, *Magnificat*, cantor, & chorus simul prosequuntur, quia di-

diuidi commodè nõ poteſt vltima pars verſus. *Illud certè obſeruandum eſt anunciandis Antiphonis, vt initium nunquam ſit vnius Syllabæ; neque eiuſmodi vt abſurdè orationem præcidat.* Ex tit. 22. de pſalmis, nihil decerpſimus, omnia enim ſatis clara.

*Ex titulo 23. De Canticis.*
*Tit.* 17.

TRia cantica Euangelica, *Magnificat Benedictus*, & *Nunc dimittis*, quotidie dicuntur, ad quę ſtandum, vt fit ad Euangelium in Miſſa. Plurimi initio horum Canticorum formanr ſibi crucem a fronte ad pectus, quia eſt Euangelium, & placet, quia hoc idem præſcribitur Epiſcopo ad initium cantici in *Magnificat*, in Cær. Epiſcop. lib. 2. cap. 1.

*Ex Tit. 25. De Abſolutionibus & Benedictionibus ante lectiones.* *Tit* 18.

LEctor ante lectionem dicit *Iube Domne*, &c. Vide quam

larga potestas benedicendi data sit ei cui iubere dictum est. Dicit *Domne*, nō *Domine*, quia hic Dei titulus est, ille hominis præclari. Ad vltimam lectionem quicumque inferior Episcopo debet dicere *Iube Domne*, cui secundus in choro respondere debet benedictionis congrua verba. Notarunt aliqui quod ille qui solus recitat officium, dicere debet *Iube Domine*, sicuti Sacerdos hoc idem dicit in Missa priuata ante Euangelium, & verè par est ratio, sed dispar vsus.

*Ex Tit. 26. De Lectionibus.*
*Tit. 29.*

1 INitia librorum sacræ Scripturæ regulariter leguntur in Dominicis, quod si festo aliquo impediantur, æquum est, vt ab initio libri in sequenti die non impedito auspicetur lectio. Hoc habes in rubricis, tit. 26. n. 6.

2 Ex prædictis libris, aliquid quotannis vel in proprio die, vel in

in ſequenti, vel in præcedenti eſt legendum, ex eadem rubric. num. 7. etiam ſi plura Prophetarum initia ſint legenda: hac adhibita lege, vt non extra propriam eorum Hebdomadam legantur, neque duo initia ſub vna concluſione, *Tu autem*, neque in præcedenti feria, ſi in ſequenti datur locus ea legendi. Quòd ſi alicubi impediantur feriæ, feſtis locorum proprijs, lectiones erunt de communi, & lectiones propriæ de Prophetis, quæ alio die legi non poſſunt, eo anno omittuntur. Excipe ſequentes caſus: Primus eſt in Epiſt. S. Pauli, eæ enim omnes conſtituunt vnicum librum, quem ſufficit incepiſſe. Alter caſus eſt in libris Regum, adueniete Auguſto; ſufficit enim quod de ijs lectus ſit primus vel ſecundus liber. Vbi vero contingit minui numerum Dominicarum poſt Epiphaniam, adueniente citius Dominica Septuageſimæ, & ideò in feria vel

ſupra de translat. ſeſt. titul. 10. num. 1. & 2.

9 Tanta eſt ſolemnitas Patroni loci, vt ſi incidat in vigiliam quæ ſit in Kalend. cum ieiunio de præcepto, nihil in officio fiat de vigilia: in menſa tamen ieiunandum erit, niſi transferatur in præcedentem diem ieiuniũ, auctoritate maiorum.

10 Habet integras vtraſque veſper. niſi concurrat cum feſtis Chriſti 1. claſſis, aut B. Virginis Aſſumptæ, aut Dedicationis propriæ Eccleſiæ, eique cedunt in concurſu octauæ Domini, nempe Epiphaniæ, Paſchæ Aſcenſionis & Corporis Chriſti.

(Puto ego iuxta prædicta titul. 11. num. 3, quod in concurſu, cum ſanctis Apoſtolis Petro, & Paulo, eis cedit Patronus, vt pote dignioribus, ob rationes ibidem fusè allatas.)

11 Debentur eidem lectiones in primo Nocturno, ne quæ habentur in

in communi Sanctorum ad maiorem celebritatem. *Lectiones 2. & 3. Nocturni, si non adsint propriæ in Breuiario, neque extra Breuiarium approbatæ à S. Sede Apostolica, sumantur de communi, & de Octauario Rom. in hanc præcipuè causam edito. Nam in officio, nihil est legendum quod ab eadem sede Apostolica non sit approbatum, vt fuisè probat ex Gelasio Papa Rodulphus, propositione* 11. *& Sixt V. constitutione 74. concedens varias facultates. Sacr. Rituum Congreg. officia Sanctorum Patronorum nouit approbari posse, inconsulto summo Pontifice, approbata vero pro certo loco, negauit sæpius Sacr. Congregat. extendi posse ad alia loca inconsulta eadem Congreg.*

12 Titulus altaris seu, capellæ celebrandus est prout in Kalendario Roman. describitur, in quo si neque nominatur ad illud altare celebrari poterunt Missæ festiuæ,

cum

cum hymno Angelico, & tribus orotionibus, *vt supra tract.* 1. *parte* 11. *tit* 9. *num.* 10. sed officium nullatenus fiat sine licentia maiorum, ad quos attinet mutare ritum.

13 Si altare est titulus beneficij idem agendum.

14 Si est titulus Ecclesiæ dirutæ ad illud altare translatæ, ille qui emolumenta prædictæ Ecclesiæ percipit, recitare debet officium de eo in eius festo, & ritus est semidupl. nisi dignitas eiusdem aliud exposcat, sed in his casibus consulatur Sacra Rituum Congreg.

15 Beneficiatus habens Ecclesiam, quæ est titulus beneficij, licet apud eam non resideat, debet tamen festum eiusdme colere vt 1. classis, & cum octaua celebrare.

16 Titularis non debet celebrari, extra propriam Ecclesiam, nequidem ritu semiduplici.

17 Dies

17 Dies octaua Patroni loci accidit alicubi in festo dupl. quod ibi est in precepto, vt in vrbe Rhegij, ditionis Estensis, in qua, octaua dies S.Prosperi occurrit in festo Visitationis Beatæ Virginis quod ibi est de præcepto; Sacr.Rit. Cong. approbans officiũ pro clerò Rhegiensi, decreuit fieri officium de festo, cum comm.octauæ; aliàs transferri debet festum, vt supra tit.7.n.8.

18 In vigilia Patroni, quę habet offic.in Kalendar:erit ea die omittenda comm.de Patr.quę solet fiesi inter suffragia.

19 Quæ diximus de Patrono principali loci, eadem conueniunt Fundatori, & Patrono Ordinis in toto Ordine, post solemnem canonizationem eiusdem.

20 Negamus tamen infra octauas Patroni, seu Tituli, aut dedicationis propriæ Eccl faciendam esse commemorat. de oct. quocumque adueniente festo: quia hoc est

priuilegium octauarum Natiuitatis Domini, Epiphan. & Corporis Christi.

*De proprio ritu singularum partium. Tit. 13.*

POst regulas generales totius officij, veniendum est ad regulas singularum officij partium, hoc est horarum quas titulis sex perstringendas esse constat, si velimus Breuiarij ordinem sequi, sed non video cur singillatim de ijs sit agendum, cum nullas difficultates peculiares contineant: his igitur prætermissis ad reliqua pergamus, quæ ad partium partes attinent.

*De partium hoc est horarum partibus. Tit. 14.*

HOrarum partes multæ sunt, & variæ, quæ proprios habent ritus, verùm ita claros, vt opus non sit earum titulos sigillatim expendere, sed sufficiet quædã scitu digniora breuiter annotare.

*Ex Tit. 20. De Hymnis.*

*Tit. 15.*

IN officio ſemid. de B. Virgine quod à Regularibus ex priuilegio fit in Sabbato, ſi in primis veſper. fiat tantum commemor. in Completorio dicitur *Gloria tibi Domine*, vel, *Ieſu tibi ſit gloria* (quod ſeruari etiam debet, in vniuerſali Eccleſia, quando fit de S. Maria in Sabbat. more conſueto) in ſecundis autem veſper. ſi fiat de ea ſaltem commemor. eodem modo concluduntur hymni vſque ad Completorium incluſiuè. Quidni ijſdem vtemur legibus in commemoratione ſolemnitatis B. M. Virginis? atque idem ſeruandum eſt in officio ſemidupl. de SS. Sacramento in ferijs quintis à Regular. ſi verò nulla fiat in Veſper. commem, neque in Completorio variatur finis hymni.

*Ex Tit. 21. De Antiphonis.*
*Tit. 16.*

SI Antiphona sumitur ex principio psalmi vel cantici, & incipit sic psalmus, vel canticum, eo casu non dicitur principium psalmi, vel cantici, sed continuatur quod sequitur in psalmo vel cantico, ab eo loco vbi desinit Antiphona. Quod nota præsertim in communi Dedicationis Ecclesiæ in 3. nocturno, in psalmo *Qui habitat*; nam die primo, & octauo; dicta Antiph. a choro, incipi debet psalmus à 2. vesr. *Dicet Domino*; Si verò tempore Paschali addas in fine *Alleluia*, tunc incipitur psalmus a 1. versu *Qui habitat*: quia illud *Alleluia*, tollit cõtinuationem Antiphonæ cum psalmo; *quod additum est in postrema Breuiarij recognitione.*

In Vesp. ferialibus feriæ 2. dicto initio Antiphonæ ab Hebdomadario, *Magnificat*, cantor, & chorus simul prosequuntur, quia di-

diuidi commodè nō poteſt vltima pars verſus. *Illud certè obſeruandum eſt anunciandis Antiphonis, vt initium nunquam ſit vnius Syllabæ; neque eiuſmodi vt abſurdè orationem præcidat.* Ex tit. 22. de pſalmis, nihil decerpſimus, omnia enim ſatis clara.

*Ex titulo 23. De Canticis.*
*Tit.* 17.

TRia cantica Euangelica, *Magnificat Benedictus*, & *Nunc dimittis*, quotidie dicuntur, ad quę ſtandum, vt fit ad Euangelium in Miſſa. Plurimi initio horum Canticorum formant ſibi crucem a fronte ad pectus, quia eſt Euangelium, & placet, quia hoc idem præſcribitur Epiſcopo ad initium cantici in *Magnificat*, in Cær. Epiſcop. lib. 2. cap. 1.

*Ex Tit. 25. De Abſolutionibus & Benedictionibus ante lectiones.* *Tit* 18.

LEctor ante lectionem dicit *Iube Domne*, &c. Vide quam

in sequenti, vel in præcedenti est legendum, ex eadem rubric. num. 7. etiam si plura Prophetarum initia sint legenda: hac adhibita lege, vt non extra propriam eorum Hebdomadam legantur, neque duo initia sub vna conclusione, *Tu autem*, neque in præcedenti feria, si in sequenti datur locus ea legendi. Quòd si alicubi impediantur feriæ, festis locorum proprijs, lectiones erunt de communi, & lectiones propriæ de Prophetis, quæ alio die legi non possunt, eo anno omittuntur. Excipe sequentes casus: Primus est in Epist. S. Pauli, eæ enim omnes constituunt vnicum librum, quem sufficit incepisse. Alter casus est in libris Regum, adueniete Augusto; sufficit enim quod de ijs lectus sit primus vel secundus liber. Vbi vero contingit minui numerum Dominicarum post Epiphaniam, adueniente citius Dominica Septuagesimæ, & ideò in feria vel

alia die proxima fit de offic. Dominicæ tertiæ, vel sequentium, anticipatè: statim ac factum est officium Dominicę, in sequentibus diebus legi debent Epistolæ S. Pauli, quæ positæ sunt in Dominica anticipata. *Quod in postrema Breuiarij recognitione decretum est.*

3 Quando de Scriptura per annum distributa, non potest legi in festo 9. lectionum, in 1. Nocturno; quia eo die non habetur in Breuiario, putà quia sunt 4. tempora, feria Quadragesimæ, aut feria 2. Rogationum, aut Vigilia Ascensionis, eo casu sumuntur lectiones 1. nocturni de Communi quæ alioquin ad maiorem solemnitatem solent assignari, tunc enim ad necessitatem leguntur. Quod intelligi debet non tantùm in festis occurrentibus, seu in die octaua habentis octauam; sed etiam in diebus infra octauam, eadem enim est ratio de festis. Si tamen

in

in festo habente octauam lectæ fuissent in 1. Nocturno, aliæ lectiones non de Communi Sanctorum, eo casu repetendæ erunt.

4 Accidit assignari etiam in Breuiario, quibusdam festis plurium Apostol. lectiones proprias in 1. Noctur. quæ sunt propriæ alterius illorũ, & eo casu si diuidatur festum, quia alter eorum tantùm est Titulus Ecclesiæ, vel Patronus, ei debentur lectiones propriæ, cuius popriæ sunt: alteri de communi, quæ habentur in 1. Nocturn. Quę item legi debent quando aliquod festum in propria Ecclesia solemniter celebratur, hoc est in festo 1. vel 2. classis, imò etiã in festo Patronorum minùs principalium, nisi ob angustiam temporis, ponendum sit initium Prophetæ, quod in his vltimis festis poni decretum est, in postrema Breuiarij recognitione.

5 Si hebdomada 4. Octobris fuerit vltima, in ferijs 5. & 6. &

Sabbato huius hebdomad. quartæ, legantur lectiones Domin. 5. feriæ 2. & 3. quæ sequuntur Dominicam 5. qui dies si fuerint impediti, eo anno omittantur illæ lectiones quæ his diebus legi non possunt; si vero in sequenti hebdomada 5. hæ lectiones vel in Domin. vel in suis ferijs legi non possunt, ponantur in sequentibus ferijs eiusdem hebdomadæ, iuxtà ordinem historiæ, & martyrij Machabæorum.

Si festum Sanctorum Philippi, & Iacobi, occurrat in Sabbato Dominicæ 3. post Pascha, tunc in Dominica 4. legi debent lectiones feriæ 2. sequentis, ne bis initium Epistolæ S. Iacobi immediatè repetatur.

7 Laudandi non sunt, qui ritu Roman. recitant officium, & ab officio ritus alieni, mutuò accipiunt lectiones de vita Sanctorum, non approbatas à Roman. contra rubr. Breuiar. de dupl. titul.

tul. 1. num. 1. & de lectionibus tit. 26 num. 9.

8 Monent rubricæ, quando in Officio nouem lectionum, facienda est commemor. de sancto vel de feria, aut Dominica, quæ habet proprium Euangelium, quod legit debet pro 9. lectione: monent, inquam, vt de primæ homiliæ (nempe eius de quo fit officium) lectionibus octaua, & nona, fiat vna, quæ sit octaua; quod quamuis sit ad libitum, vt patet ex verbis rubricæ de lectionibus, num 3. tamen in quibusdam casibus, deberet omninò legi 9. lectio adiuncta octauæ, nimirum quando in 9. lectione continetur laus propria eorum, de quibus agitur festum, v. g. in festo SS. septem fratrum eò quòd in 9. lectione laudatur mater ipsorum. Item in festo SS. Martyrum Nerei, &c. quorum laudes propriæ habentur in 9. lectione, & in gratiam huiusce 9. lectionis datum est Euangelium

integrum eorum festo, alioquin non valde congruum ex Dom. 21. post Pentecost. desumptum.

9 In festis S. Abrahæ, & S. Iobi, quæ alicubi celebrantur legi possunt lectiones haustæ ex Genesi, & ex historia Iobi, quæ videlicet habentur in Dominica Quinquagesimæ pro S. Abraham, & in Dom. 1. Septembris pro S. Iob in 2. Nocturn. quæ ibidem habentur in eorum commendationem; in 3. Noctur. Euangelium *homo quidam nobilis*, cum homilia, quæ habetur in festo S. Ludouici Regis. Vel in 1. Noct. lectiones de scriptur. occur. reliqua vt supra. Idem seruari potest, in festis SS. Isaiæ, Hieremiæ, Danielis, Dauidis, & similiũ vbi celebrantur, proprijs è Breuiario, adhibitis eorum lectionibus. *Habes lectiones pro S. David, in Dominica 6. post Pent de Apologia illius ex libro S. Ambrosij.*

## *Ex Tit. 27. De Responsorijs post lect. Tit. 20.*

1 *QVi inchoat responsorium idem dicit & versum integrum, imò & Gloria Patri, par enim ratio: cæteri verò de choro, absoluunt Responsorium, & repetunt post versum, & post Gloria Patri.*

2 Responsoria primò ponenda in Dominica: si hæc impediatur à festo duplici, ponenda sunt in 1. feria sequenti tanquam historiæ principium, antequam dicantur alia responsoria.

3 Responsoria Tobiæ (si in Dominica aut feria 2. & 3. poni non possunt) ponantur feria quarta, omissis quæ hac die assignantur; tum feria 5. dicantur responsoria 2. Noct. Domin. ne bis eadem Responsoria immediatè repetantur.

4 Tempore Passionis omittitur *Gloria Patri*, in Resp. officij de tempor. sed non in officio Sanctorũ, & eius loco resumitur Respõso.

sotium à principio, ad finem vsque.

5 Tempore Paschalis quidem additur *Alleluia* in fine Respons. sed non in fine versus.

6 In officio trium lect. quando fit de festo, & in ferijs tempore Pasch. dicuntur duo Resp. quæ sumuntur de Communi Sanctorum in festis, & in ferijs, de Dom. præcedenti, nisi propria assignentur, hoc ordine; feria 2. & 5. primum, & secundum Resp 1. Noct. feria 3. & 6. primum, & secundum 2. Nocturni; feria 4. & Sabbato, primum, & secundum 3. Nocturni.

(Nota primum, & secundum, non igitur tertium, loco secundi, quod quidam perperam dicunt, ea ratione moti, quod in Officio S. Mariæ in Sabbato præscribuntur primum, & tertium Respons. officij parui, vel quod in 3. Res. est *Gloria Patri* quod non est in secundo; sed hæ rationes non valent,

lent, quia in his casibus, addendũ est, *Gloria Patri*, secundo Resp. & ad illud de S. Maria in Sabb. dicimus esse casum singularem, qui non officit rubricæ generali.

*Ex titulo 28. De Responsorijs breuibus horarum. Tit. 21.*

1 TEmpore Passionis omittitur *Gloria Patri*, & resumitur initium Respons. in Resp. breuibus horarum, sed non omittitur in officio 9. lectionum, ita vt si in Domin. Passionis fiat commemorat in secundis Vesper. de semidupl sequenti: in Completorio dicendus erit versus *Gloria Patri*, quia festum est iam inchoatum.

2 Ad primam, fit variatio versus, pro varietate festorum, sed concurrentibus, duobus versibus proprijs, altero, ratione temporis, altero, ratione festi, vt in Conceptione B. Virginis intra Aduentum, præferri debet ratio festi, & eius oct. sicuti in fine hymnorum fit;

sit; Quare in Dom. infra oct. Conceptionis (vbi fit octaua) dicendus est versus *qui natus est de Maria*, ad primam non autem qui venturus es in mundum. Ex tit. 29. nihil deprompsimus.

Ex Tit. 30. De Oratione.

Tit. 22.

SI Oratio pro commem. sit eadem, cum Oratione principali Officij; mutatur Oratio pro commemorat. ne eadem repetatur. Contingit casus iste Tolosę annis singulis in 2. Vesp. Translationis S. Exuperij, in quibus oratio officij est *Exaudi quæsumus*, &c. de Cōmuni Confessoris Pontificis: deinde fit commem. S Basilij magni, in cuius officio, præscribitur eadem Oratio. Sed in hoc casu mutanda est in aliam de Communi *Da quæsumus*. Ex titulis 31. & 32. nihil depromendum reperimus.

Ex

*Ex Tit 33. De Symbolo S. Athanasij. Tit. 23.*

IN Dom. seu festo SS. Trinitatis, dicitur hoc Symbolum, quia de Trinitate doctrinam continet; non tamen quotidiè dicendum est vbi celebratur octaua SS. Trinitatis, quia Dominicæ assignatur; Quare & in die octaua dicendum erit.

*Ex Tit. 34. De Precibus. Tit. 24.*

QVando quis solus recitat officium, omittere debet *vobis fratres, &c.* semelque recitans *Confiteor.* debet addere in plurali, quæ sequuntur, *Misereatur nostri, peccatis nostris, perducat nos.* Ex quo sequitur, quod recitantes duo offic. simul, nihil debēt mutare in textu Breuiarij: sed qui maior est dicat *& vobis fratres, & vos fratres:* qui minor *tibi pater, & te pater,* sicuti dicunt inuicem, *Dominus vobiscum, & cum spiritu tuo.* Neq. moniales mutare debent verba

ba consueta, in verba, *Matrem*, *Mater sorores*, sed eodem modo loqui nomine Ecclesiæ, ac si essent viri, *ex decreto Sacr. Rituum Congr. 18. Aug.* 1629.

*Ex Tit. 3. De Commemor. & Suffragijs Sanctorum Communibus Tit.* 25.

NOn fit commemorat. de S. Maria inter suffragia consueta, ne quidem in propria Ecclesia, quando [illegible] eiusdem officium paruum in Choro, nec quandocumque officium fit de ea; neque enim de eodem fieri debet officium, & commemorat. simul. Qui verò priuatim recitat officium B. Virginis paruum debet in officio de die, facere commemorationem de Beata Virg. ac si illud non recitaret; nisi recitet ratione Chori. Nihil autem refert, si diuidatur officium B. Virginis, ab Officio diei, puta quia illud Vesperi, hoc mane recitatur in Choro; quia vtrumque dicitur, &

vnum

vnum in ordine ad aliud.

1 De Patrono Principali loci, & de Titulari Ecclesiæ plura sunt notanda.

2 Primò eum esse Patronum loci, qui Maiorum auctoritate, & communi sensu populi, recolitur vt Patronus: Titulus autem Ecclesiæ ille est à quo denominatur Ecclesia deinde pro dignitate Patroni, vel Titularis Ecclesiæ, ante vel post S. Mariam, & Apostolos, vel inter eosdem faciẽda est commemor. hoc est de Titulo Trinitatis, Spiritus Sancti, & Corporis Christi, ante S. Mariam: de Saluatoris Titulo non fit, quando fit de Cruce, quia æquipollent: sed alijs diebus ante S. Mariam. De Angelis, & de S. Ioanne Bapt. ante Apostolos. De sanctis veteris testamenti, post Apostolos, licet in Litanijs præcedant Apostolos, ibi enim seruatur ordo temporis, non dignitatis: tum de omnibus alijs.

3 De patrono loci regulariter

fit

fit ante Titularem, si sint æqualis dignitatis: si verò inæqualis, seruetur ordo dignitatis, qui colligi potest ex mox dictis, & ex supra notatis tit, 11. n. 3. *Patronus principalis Ordinis, æquiparatur Patrono loci, & ijsdem gaudet priuilegijs.* Primum verò locum ante quamcumque commemor. semper habet commemor. de Cruce: quod si si de Cruce tanquam de Titulo Ecclesiæ facienda est commemoratio, sufficit prædicta quæ fit ante alias, *ex decr. Sacr. Rit. Cong. 30. Mart.* 1621. & eodem modo sufficit commemorat. de S. Francisco apud eos ordinis Minorum, quorum Ecclesiæ Titulus est Sacrorum stigmatum.

5 In Ecclesia Omnium Sanctorum nomine dicata, fieri debet commem. de Apostolis, ante commemorationem de omnibus Sanctis, vti fit in Officio paruo B. Mariæ, in quo Oratio Apostolorum præponitur orationi Sanctorum Om-

Omnium. Neque incongruit de eodem bis fieri mentionem, semel apertè, semel latenter, quòd fit infra Octauam Sanctorum omniũ; in qua fiunt commemorationes de Sanctis occurrentibus.

5 Oratio de Patrono, seu Titulari, sumitur a die festo eorumdem (non a Vigilia, aut octaua, vt gratis quidam dicunt) mutato verbo *Natiuitatem, Natalitia, in commemorationem.* Quæ si minus congruit, sumatur alia de Communi. In Collecta S. Leonis 2. pro *Commemorationis festa* lege *Commemorationem*: In Collecta SS. Dionysij, & Sociorũ, tace *hodierna die*: In Collecta S. Apollinaris tace *hunc*. Nec est incõgruum dicere *præsentem diem honorabilem nobis in B. Ioannis Commemoratione*; neque *qui venerandam sanctamque lætitiam in B. Bartholomæi commemoratione*.

6 Qui plures habet beneficiorum, & Ecclesiarum Titulos, si

Ti-

commemoratio inter suffragia.

9 Cedunt hæ communes commemorationes commemorationi festi simplicis occurrentis, quia festi commemoratio, priuilegiata est Titulo festiuo supra Communem aliorum Commemorationem.

*Ex Tit. 36. De fine Officij, & Antiph. finalibus. Tit. 26.*

IN fine horarum dicto *Benedicamus Domino*, & *Deo gratias* additur versus *Fidelium animæ*, &c. qui versus non dicitur ante *Pretiosa* ad Primam neque ad Completorium; neque post aliam horam, si aliud sequatur, vt vel Missa, vel Officium paruum Beatæ Mariæ, vel Septem Psalmi, vel Litaniæ, vel Officium defunctorum. Post hunc versum dicitur oratio Dominica pro fine horæ, tum subiungitur, *Dominus det nobis suam pacem*; deinde sequitur vna ex Antiphonis B. Virginis pro temporis varietate.

2 Al-

2 *Alma Redemptoris*, dicitur a primis Vesper. Dominicæ 1. Aduentus, vsque ad Purificationem inclusiue, itaut si purificatio quoad Officium transferatur, Antiphona hæc quoque non dimittatur nisi in fine illius officij: imò verò si Purificatio alicubi octauam habeat, adhuc Antiphona hæc dicenda erit vsque ad Completorium diei octauæ exclusiuè, seu vsque ad finem octauæ, si contingat finiri ad Nonam pridiè fer. 4. cinerum, *ita decreuit Sacr. Rit. Congr.* 1616. Si diuidantur vesperę Purificationis, à Completorio eiusdem; adhuc dicenda est pro Vesp. Antiphona *Alma*; Rubrica enim mutari iubet Antiphonam in fine completorij, ideò in recognitione Vrbana Breuiarij, additum est rubricæ de *Aue Regina Cœlorum*, verbum *inclusiue ex decreto Sacr. Rit. Congr* 27. *Iul.* 1624.

3 *Aue Regina* dicitur a fine Completorij officij Purificationis

etiam

etiam translati, vel octauæ (si cum octaua celebretur) inclusiuè vsque ad feriam 5. in cœna Domini exclusiuè.

4 *Regina cæli*, dicitur à Completorio Sabbati Sancti; vsque ad Nonam Sabbati post Pentecost. inclusiuè.

5 *Salue Regina*, dicitur a primis Vesper. Trinitatis, vsque ad Nonam Sabbati ante Aduentum inclusiuè.

6 Extra chorum, prædictæ Antiph. dicuntur tantum in fine Completorij, & Matutini post Laudes, si terminetur officium: si vero non terminetur post Laudes, dicuntur post vltimam horam, quę sequitur mediatè, vel immediatè Laudes. Quando verò separatur Matutinum à Laudibus, non dicuntur; possent tamen dici post quancumque horam ex deuotione. Dicuntur in Choro post quancumque horam, quando à Choro discedendum est, alias non. Nunquam verò

dicuntur post aliquam horam, quando subsequitur Officium Defunctorum, etiam ex deuotione, neque quando subsequuntur Psalmi Pœnitentiales, neque quando sequuntur Litaniæ solæ, neque item dicitur quando subsequitur Missa. Oratio verò mentalis post horas, non tollit Antiphonas finales, sed debent dici licet à Choro non discedatur. Dicendæ etiã sunt, quando Concio fit absolutis Vesp. & quidem ante Concionem, nisi statim, post concionem sequatur Completorium. Prætereà si Missa longiori mora differatur, eo casu erunt dicendæ ac si discedendum esset à Choro

7 Si finita Missa nulla sequatur hora, eo casu non sunt dicendæ, vti neq; post officium Defunctorum, Psalmos pœnitentiales, Litanias solas & similia.

8 Dicuntur flexis genibus, præterquam in diebus Dominicis, a primis Vesper. Sabb. & toto tempora

pore Paschali, quibus diebus standum erit quoque ad Orationem Dominicam Salutationem Angelicam, & Symbolum Apostolorum, quæ dicuntur post huiusmodi Antiphonas, in fine Completorij: alijs vero diebus erit genuflectendum, etiam ad Orat. Dominicam, &c.

*Appendix de Martyrologio.*

1 E Legibus initio Martyrologij datis, quarta, & 6. præcipuè sunt obseruandæ, vt nimirum primo loco pronuncietur ille regulariter de quo in sequenti die faciendum est officium, & etiamsi non sit in Martyrologio, alij sancti de qnibus non fit officium, sed sola Commemoratio, vt de SS. Patrito. Henrico Imper. Stephano Rege, si fiat officium de feria, ponentur 1. loco si de Sancto; ponantur 2. loco. Alij verò de quibus neque fit Officium, neque Commemorat. & de quorum sanctitate nullum est dubium, no-

minari possunt suis locis martyres, post Martyres, Confessores, post confessores, Virgines, post Virgines. Dixi *pronuncietur*, & *nominari possunt*, non autem *describatur*, & *describit possunt* nisi separatim, non autem in ipsomet Rom. Martyrolog. nam illa conceduntur, hæc prohibentur.

2 Translato festo alicuius sancti; non fit Translatio de eodem, in lectione Martyrologij, nisi in casibus in Martyrologio expressis: Quemadmodum in anno Bissextili transfertur, Vigilia S. Matthiæ, & eiusdem prænuntiatio in diem 24. & festum eiusdem, ac prænunciatio in diem 25. qua ratione conuenit anticipari extra Romam, quæ de Vigilia, & festo S. Bartholomæi habentur in Martyrolog. Roman. sed in alijs festis hoc non debet obseruari.

3 Translata quoque Vigilia in Sabbatum, non anticipatur lectio de Vigilia in Martyrologio, licet an.

anticipetur officium cum ieiunio.

Hactenus de 1. Rubricarum parte, quæ generales Rubricas complectitur quibus enucleatis ad 2. partem quæ ritu præscribit seruandos progrediamur.

# PARS SECVNDA

1 PArs secunda, ritus in recitatione horarum Canonicarum adhibendos manifestè patefacit. Horæ autem Canonicæ, vel ab vno, vel à pluribus simul, vel extra Chorum, vel in Choro, vel solemniter, vel minus solemniter recitari possunt. Quibus varijs modis, cum varij accidant ritus, operæ pretium est, de his breuiter agere titulis tribus.

## *De Ritibus in priuata horarum Canonicarum recitatione. Tit. 1.*

1 COnuenienter statur ad Orationem Dominicam, & Salutationem Angelicam, quia sunt de textu Euangelico; ad Symbolum item Apostolorum, vt ad confessionem promptiores videa.

deamur. Item ad horarum initia, ad inuitatorium, ad hymnos, qui sunt Laudes Dei ſolemniores inter quos *Te Deum*, numeramus. Ad verſus quoſq; Nocturnorum, & poſt hymnos; ad textum Euangelij Ante Homiliam; ad capitula, ad Cantica, *Magnificat*, *Benedictus*, & *Nunc dimittis*, quia ſunt de textu Euangelij; ad Orationes denique omnes, quibus immediatè Deum aloquimur (excepto triduo maioris hebdomadæ) & ad preces quæ præcedunt Orationem.

2 Standum erit tempore Paſchali, & in omnibus Dominicis, a primis veſperis ad Antiphonas B. Virginis, quæ dicuntur in fine Officij.

3 Ad Pſalmos ſtandum eſſet, ſed plurimi ſedent, non pauci partim ſedent, partim ſtant. Ad lectiones quoque in Officio Beatæ Virgin. paruo, in Adu. laudabilius eſt ſtare, quia ſunt de Euangelio.

4 Genuflectendum erit ad ea verba inuitatorij *Adoremus*, & *procidamus ante Deum*, ad preces feriales in Laudibus. Vesp. & horis in diebus pœnitentiæ dicatis. Item in Officio Defunctorum ad preces Item in hymnis, ad ea, *Veni Creator Spiritus*, *Aue Maris stella*, *O Crux Aue es vnica*, *Tantum ergo Sacramentum*, si coram Sacramento, etiam, latente in tabernaculo immobili, de quo non pauci dubitauere, quidam laudabiliter ad ea quoque, *O Salutaris hostia:* genuflectimus etiam in hymno *Te Deum*, ad Versus *Te ergo quæsumus*. Denique ad Antiph. Beatæ Virginis quæ dicuntur in fine Officij, & ad Orationem Dominicam, Salutationem Angelicam; Symbolum Apostolorum, quæ dicuntur in fine Completorij (exceptis tempore Paschali & Dominic.) erit genuflectendum.

5 Caput inclinandum erit ad ver-

versus *Gloria Patri* &c. ad nomen Iesu, Mariæ, & Sancti de quo Officium recitatur. Item ad *Confiteor*, quod ad primam, & ante Completor. dicitur, vsque ad *Misereatur*, inclusiuè, ab eo qui dicit, & cui dicitur, respectiuè, vt in Missa.

6 Signum Crucis adhiberi debet pollice, signando os ad illud initio Matutini *Domine labia mea*; Item manu extensa, signando se à fronte, ad pectus, & à sinistro humeros, vsque ad dextrum, cum dicitur, *Deus in adiutorium*, &c. in initio horarum (non autem cum dicitur ter ad Primam post Orat. *S. Maria*) Item ad versum *Adiutorium nostrum*, ante Confessionem in prima, & Completorio: Item ad *Indulgentiam*, & ad ea in fine primæ, *Dominus nos benedicat*, & in fine Completorij, *Benedicat & custodiat*, &c. Aliqui signum Crucis cū pollice formāt in pectore ad *Cōuerte*

*nos Deus salutaris noster*. Laudabile quoq; est signum Crucis fieri ad Antiphon. de Cruce, in feriali Offic.

7 In Psalmis Gradualibus, quæcumque preces dicuntur flexis genibus, multo magis in pœnitentialibus Psalmis, Litanijs, & Orationibus (quæ tamen orationes a stante hebdomadario dicuntur) Ad alia non incongruè sedetur, percutiunt sibi pectus aliqui ad *Agnus Dei*, sicuti fit in Missa, bene vero percutiunt ad ea in Confessione, *Mea culpa*, vt itidem fit in Missa.

### *De ritibus horarum Canonicarum in Choro recitandarum. Tit. 2.*

PRoprios mores vnaquæque habet Ecclesia, & laudabiles consuetudines, quas non tolli à Cæremoniali Roman. neque a rubrica Breuiarij, sæpius Sacr. Rituum Congreg declarauit, sed cauendum, ne ita pugnent cum vniue r-

uersali Ecclesia, vt minus laudabiles sint per tiorum iudicio.

1 In Breuiario quatuor tantùm annotata reperiuntur, quæ ad hanc rem faciunt. Primum est, quod hebdomadarius clara voce dicat *Domine labia mea aperies*, initio Matutini Officij (non autem dicat submissiori voce, quia postea dicturus est *Deus in adiutorium*, eodem enim vocis tono hæc duo cantari debent) alterum quod in precibus ferialibus dicat clara voce totum *Pater noster*, Tertium quod idem dicat easdem preces feriales flexis genibus, vsque ad versum *Dominus vobiscum* exclusiuè, circunstantibus genuflexis vsque ad *Benedicamus Domino*, exclusiuè, quemadmodum in Missa feriarum maiorum, dictis Orationibus præcisè statim surgendum est. Sed vsus communior est non surgendi, nisi dicto versus *Fidelium anima*, cùm præsertim terminatur Officium,

ne rursum statim genua flectamus ad Ant. finalem in fine horæ. Quartum est quod idem surgat ad Orationem quæ dicitur post Antiph. B. Virginis, in fine officij.

2 Habentur quædam in Cæremoniali Episcop. ad hanc rem peropportuna. Et quòd SS. Sacramento patente, stare debeant omnes aperto capite ad horas omnes, vel si sedeant, caput nunquam cooperiant.

3 Standum erit ad initia horarum, Inuitatoria, Hymnos, Capitula, Lectiones breues, Responsoria breuia, Versus Absolutiones, Benedictiones, Textum Euangelij ante homil. Cantica Euangelica, Orationes, Commemorationes, & Suffragia Communia Sanctorum; Item ad Antiph. finales B. Virginis tempore Paschali, & in diebus Dom. a 1. vesper. Item versibus, & resp. quæ in Euang. lecta genuflexionem postulant vt *Verbum caro factum est*. *Procedentes adorauerunt*

*runt eum*. Quidni etiam in Antiph. par certè vbique ratio.

4 Sedendum eſt ad Lectiones, & vbi eſt conſuetudo, ad Reſponſoria, & ad Martyrolog.

5 Ad Pſalmos aliqui ſtant; alij ſedent, alij ad Pſalmos Matutini, & Laudes ſedent, ad reliquos ſtant, ad eoſdem Pſalmos alternatim ſtant, & ſedent, ſeruanda conſuetudo. Sed qui ſedent, non debent ſurgere ad verſum, *Gloria Patri* ſufficit enim profunda capitis, inclinatio, capite aperto.

6 Ad Symbolum S. Athanaſij *Quicumque* alij ſtant, alij ſedent certè laudabilius recitant ſtantes, *ex decret. Sacr. Rituum Congreg.* 23. *Decembr.*

7 Genufectitur etiam in Choro ad ea quæ ſuperiori Titulo attigimus, & præterea ad *Tu autem Domine*, in fine Lectionum, à Lectoribus.

8 Inclinatur caput, vt ſuperiori tit. dictum eſt, num. 5. quibus ad-

adduntur casus alij, vt idem fiat à Lectore, dum dicit *Iube Domne*, &c. versus Hebdomadarium; ab omnibus ad nomen Papæ viuentis: Præterea ad versus sequentes *Sit nomen Domini benedictum*; *Sanctum, & terribile nomen eius. Benedictus Dominus die quotidie. Benedictum nomen maiestatis eius in æternum. Benedicat nos Deus, Deus noster, benedicat nos Deus*, in Completorio; ad versus *Benedictus es Domine Deus patrum nostrorum, Benedicamus Patrem, & Filium cum Sancto Spiritu, Benedictus es Domine in firmamento Cœli*. Certè non est omittenda inclinatio capitis ad illa verba, *Benedicamus Patrem, & Filium cum Sancto Spiritu*, in Cantico trium puerorum, quia Versus ille tenet ibi locum versus *Gloria Patri* Ex Dur.

9 Signum Crucis sibi adhibent multi, a fronte ad pectus, præter ea quæ præcedenti tit. annotauimus,

mus, num. 6. ad initium Canticorum Euangelicorum, quia Euangelia sunt.

10 Cantores vt plurimum (ex Cæremon:) cantant Inuitatorium, Initia Psalmorum; id est, primam versus partem, vsque ad mediationem non vltra, & Responsoria; hebdomadarius autem initium horarum, primam Antiph. Capitula. Antiphonas ad Cantica Euangelica, initia quorundam Hymnorum, & orationem dicit. Lectiones legunt, qui in Choro sunt: Iuniores, primas; seniores, vltimas; singuli, singulas. Verùm laudabili locorum consuetudini in omnibus standum erit.

*De ritibus Horarum Canonicarum in choro solemnius recitandarum. Tit. 3.*

QVatuor ex Horis canonicis solemnitatem habẽt in Choro nempe Matutinum cum laudibus, vt in nocte Natiuitatis Domini; prima in Vigilia Natiuitatis eius-

eiusdem, ratione Martyrologij; Vesperæ frequentiorem, & Completorium quandoque: de ijs singillatim hoc loco breuiter dicendum, in gratiam eorum præsertim quibus non est præ manibus Cæremoniale Episc.

1 Matutinum igitur nunquam cum pluuiali cantatur; sed dum cantantur Lectiones 3. Nocturni, parat se celebrans pluuiali ad legendam 9. lect. pro qua accenduntur duo cerei ab Acolythis, parantur duo Cantores cum pluuialibus, neque recedunt Acolythi, donec tota lectio fuerit absoluta Ob reuerentiam Maioris stantis (nempe celebrantis) dum legit, stant omnes qui sunt in Choro. Ad Textum Euangelicum non adhibetur signum Crucis, neque legitur manibus iunctis, sed hinc inde supra legile positis, aut supra librum, vti fit in alijs lectionibus, Quicumque Episcopo inferior, dicit *Iube Domne* non *Domine*, & qui

qui maior est in Choro, siue illo superior, siue inferior, profert verba benedictionis. *Te Deum* inchoari debet a Celebrante, sicut & Hymnus post Inuitatorium.

2 Ad cantandas solemniter Laudes, eadem omnino fiunt, quæ ad vesperas solemnes mox dicemus facienda.

3 Martyrologium pridiè Natiuitatis Domini solemniùs cantatur alicubi cum pluuiali, luminibus, & incenso, alibi minus solemniter. Illud certè notandum est ab omnibus, vt audientes stent vsque ad ea verba *In Bethleem Iudæ, &c.* quibus auditis, statim genuflectãt (preter Lectorem) vsq; ad ea, *Natiuitas Domini nostri Iesu Christi secundum carnem*, inclusiuè.

4 Fusius de vesperis Solemnibus, quæ sæpius ab Ecclesiasticis viris cantantur, & præsertim in festis Titularium. Paratur autem celebrans pluuiali coloris tempori conuenientis, seu festo super superpel-

pelliceum sineq; stola, & cum eo (vbi fieri potest (parantur alij eum pluuialibus, item saltem duo, qui eidem hinc inde quando opus est, ministrent,

5 Procedit celebrans de sacristia, ad altare, præcedentibus duobus Acolythis, cum candelabris, & cereis accensis, quos sequitur solus Cæremoniarius (si adest) cum alij de Clero, bini, & bini, deinde Ministri pluuialibus induti, postremò Celebrans medius inter duos vltimos pluuialibus indutos qui fimbrias anteriores pluuialis ipsius parumper eleuant. Et omnes ij (exceptis Acolythis) operto capite procedunt. *Ita Cærem. Episcop. lib. 2. c. 3.*

Cum peruenerint ante altare, discedentibus alijs, in chorum formant quasi lineam rectam celebrans, & Ministri pluuialibus induti; genuflectunt omnes (inclinat tantum caput celebrans, quando in altari non asseruatur Sacramen-

mentum in Tabernaculo immobili)& paululum orant genuflexi, deponentibus interea Acolythis sua candelabra, cum cereis extinctis super gradu altaris laterali, seu plano capellæ.

Surgunt deinde, & facta altari reuerentia, vt supra, accedunt ad parata scamna in cornu Epistolæ, ita vt celebrans sedeat altius, puluino saltem supposito; vel accedit ille ad primam Chori sedem, in qua poni debet puluinum, & alterum cum tapete, super genuflexionem ante eundem positum, super quo erit liber (hoc est Breuiarium formæ maioris ad vsum Celebrantis) vel super legili, quod apponitur, & amouetur, prout opus est. Reliqui parati ibunt ad scamna, loco congruenti præparata in plano Chori. Sedet ibi celebrans, stantibus alijs, paratis ante illum in plano. Mox surgit, & dicit secreto versus altare *Pater noster*, & *Aue Maria*, quibus dictis,

ctis eleuatur eidem pars dextra pluuialis anterior, per viciniorem paratum, seu per Cæremoniarium, & idem ipse se signans signo Crucis morosè, prout verba profert, incipit vesperas dicens, *Deus in adiutorium*, ita vt finiat verba, & Crucis signum à fronte ad pectus, vna simul.

Præintonatur Celebranti ab vno ex paratis initium primæ Antyph. cum debitis reuerentijs Altari, & Celebranti, ante, & post, qua intonata à celebrante, & à choro cantata (si duplex est Officium) inchoatur Psalmus à Cantoribus, & sedent omnes post medium versus primi Psalmi, capite operto, sed aperiuntur capita, & inclinantur profundè *ad Gloria Patri, & Filio, & Spiritui Sancto*. Cantores præintonant alias Ant. dignioribus in Choro, & surgentibus omnibus alijs ad Antiphonam & initia Psalmorum, Celebrans non surgit.

Fi-

Finitis Psalmis, Acolythi vna cum candelabris, & cereis accensis, item qui parati sunt pluuialibus, accedunt ad Celebrantem cum debitis reuerentijs. Celebrans post vltimam Antiph. surgit, & detecto capite cantat capitulum manibus iunctis, cui vnus ex Ministris præintonat initium Hymni, quod ille cantat: & sic vsque ad finem stat, recedentibus prædictis ad loca sua, Acolythisque deponentibus sua candelabra vbi prius Si initium Hymni continet inuocationem Christi, vel Dei, celebrans eleuat, & iungit manus, & caput versus altare inclinat. Post Hymnum cantatur versus a duobus ex paratis Ministris, in medio Chori, seu ante altare, quorum alter statim præintonabit celebranti Ant. ad *Magnificat*, & ea intonata sedent omnes. Inchoato Cantico *Magnificat* surgentibus omnibus, Celebrans facto sibi signo crucis a frõte ad pectus, vadit ad altare capite

Thuribulum nisi opus sit.

Incensatione Altaris, seu altarium peracta sine Psalmo *Dirigatur*, &c. reuertuntur prædicti cum debitis Choro reuerentiis ad loca sua, & celebrans stans apud sedem suam, inuitansque sibi viciniorem ad incensationem, ab altero ex paratis incensatur duplici ductu cum profunda capitis inclinatione ab incensante facta ante, & post: cui etiam celebrans modicum respondet, idest modica inclinatione.

Thuriferarius incensat alios de Choro, duplici, vnicoue ductu thuribuli prout conuenit, primo saltem in ordine, inclinato capite, & postremo populum vt in Missa, in medio, a dextris, & a sinistris. Cessabit autem initio Orationis, imò ad Versum *Dominus vobiscum*, sed ad Versus *Gloria Patri*, conuenit pausam facere, & caput inclinare.

Dum repetitur Antiphona, tunc

non prius, sedent omnes; interim Acolythi cum candelabris, & cereis accensis,& Ministri parati accedunt ad Celebrantem, qui finita Antiphona surgit cum alijs, & aperto capite, Acolythisque stantibus, versa facie ad inuicem, stans versus Altare, iunctis manibus cantat, ℣. *Dominus vobiscum*, *Oremus*, & Orat. seu Oration pro Comm. postea iterum subdit, *Dominus vobiscum*.

Duo ex Ministris paratis vbi ℣ cantauerunt, cantant alta, & plena voce *Benedicamus Domino*, quo dicto redeunt ad Celebrantem, qui demissiori voce, addit ℣. *Fidelium animæ*,&c. Si discedendum est à Choro; dicitur prius Orat. Dom. secreto, tum a Celebrante additur *Dominus det nobis*, &c. deinde cantatur Antiphon. B. Virginis pro qualitate temporis, & in fine eiusdem, Celebrans addit demissiore voce Orationem & ℣·*Diuinum auxilium*, &c. & tandem

dem discedit cum alijs, quibuscum, & eodem modo, & ordine, quo venerat.

In minoribus Ecclesijs vbi desunt, & Ministri, & pluuialia, hæc omnia seruari non possunt, sed seruari debent quæ respiciunt celebrantem vbi commodè fieri potest.

5 Pro Completorio solemniter cantando, organum admitti potest ad Hebdomadarium spectat dicere, *Noctem quietam*, *Adiutorium nostrum*. *Pater noster* Confessionem Absolutionem, vsque ad *Deus in adiutorium*, &c. inclusiue, Capitulum, Orationem & ℣. *Benedicat nos Omnipotens*, &c. nullam tamen fiet incensatio Altaris *ad Nunc dimittis*.

Hæc de 2. Rubricarum Breuiarij parte: ad tertiam partem transeamus, quæ contingentes defectus vt patefacit, sic vitandos docet.

R TER-

# TERTIA PARS.

TErtia pars Rubricarum Breuiarij, defectus in officio Diuino contingentes 9. titulis complectitur; sed antequam auspicemur, hanc de defectibus materiam, operę pretium videtur aperire, quinam teneãtur ad horas canonicas recitandas. Tenentur 1. Beneficiati, qui Titulum habent Ecclesiastici beneficij à die possessionis adeptæ, imò ab hora, quæ respondet horæ, in qua possessio capta est, 2. Initiati sacris Ordinibus, tenentur ad horas Canonicas, statim ac Ordinati sunt Subdiaconi, scilicet ab ea hora quæ tunc temporis dicenda esset in Choro. 3. Regulares professi. tam mares, quam fœminæ, Choro addicti, tenentur ad horas Canonicas ab horas qua professionem

vo-

votorum ſolemniter emiſerunt. His poſitis, agendum eſt de defectibus circa recitationem Horarum Canonicarum occurrentibus; qui quanti ſint, ſolus nouit, qui cuncta nouit, quique defectibus nullis poteſt eſſe obnoxius. Verùm præcipuos, & frequentiores, breuitatis ergo ad nouem Titulos reuocabimus, nempe omiſſionem mutationem, intentionem, attentionem, prolationem, tempus, locum, ordinem horarum, & interruptionem, de quibus ſingillatim agemus.

*De Omiſſione. Tit.* 1.

QVi totum officium vnius diei omittit, etiam abſque contemptu, ſine iuſta cauſa per ſolam negligentiam, peccat lethaliter. Eſt Communis ſententia. Idem ſentit Nau. de eo qui omittit horam integram aut horæ partem notabilem, quam docet eſſe tertiam horæ partem. Sed placeet mitior ſententia Leſſij, & Bona-

cinæ horam paruam integram tantum, esse materiam peccati mortal. Excusari potest, qui ommittit Officium. 1. ob infirmitatem corporis, iudicio Medici, & si res est adhuc dubia, accedat assensus superioris. 2 Cæcus si cum socio (quem non habet) non potest recitare. 3. Infirmus qui non facilè socium habet, cum quo possit sine sui præiudicio recitare. 4 Grauis occupatio excusat, quæ omitti nequit, neque differri, sine aliorum offensione, & ea est ad longum tempus ita, vt nihil supersit temporis ad recitandum 5. Iusta occupatio in Choro, querendi psalmos, aut alios incensandi. 6. Non excusat peregrinatio, etiam suscepta legitimè, neque studium litterarum, etiamsi per substitutum seruiatur Ecclesiæ. 7. Ob carentiam Breuiarij, etiam ex culpa, excusatur, sed a culpa non excusatur. 8. Ignorantia Regularum officij excusat, licet peccet qui susci

pit

pit Ordinem, vel Beneficium cum hac ignorantia, nisi bona fide suscipiat statim cum alio recitaturus. 9. Metus mortis excusat, si ab hostibus periculum vitæ immineat. 10. Si absoluatur, non tenetur, recitare, sed ab Episcopo non potest absolui.

## *De Mutatione Officij.*

### *Tit. 2.*

1 S*Acr. Rit. Congreg. respondit non esse relinquendum officium debitum pro alio officio deuotionis 29. Nou, 1603.*

2 Episcopus Regularis debet officium recitare iuxta Ritum suę Diœcesis non Regulæ; vnde occurrente festo Regulæ, in festo Diœcesis: Diœcesis festum præferri debet, *Ita consuit Sac. Rit. Congreg.* 11 *Iun.* 1605.

3 Capellani Episcopi, qui cum eo recitant officium, debent se illi conformare: *eadem Congr.* eadem die.

4 Qui sunt de gremio alicuius

Ecclesiæ, debent recitare Officium quod in Choro dicitur, & licet extra Ecclesiam, vel Diæcesim morentur, decet eos recitare Officium proprium Ecclesiæ ipsorum. *Eadem Sacr. Congregat.* 8 *Septemb.* 1602.

5 Clerici licèt adscripti alicui Ecclesiæ, & eiusdem seruitio, non tamen obligati Choro, & quicumque alij Clerici *Sæculares*, Regularesque, in Ciuitate vel Diœcesi commorantes, non tenentur recitare Officium illius Diœcesis, vel quæ de consuetudine in eadem Ecclesia recitantur in Choro. *Eadem Sacra Congr. eadem die.*

6 Festum Patroni principalis loci, tenentur omnes cum Officio de eodem, etiam Regulares celebrare; non autem Octauam Regulares, *vt censuit Sacr. Rit. Cong.* 27. *Maij.* 1628.

7 His casibus exceptis, & alij qui habentur apertè in rubricis seu decretis Sacræ Congreg. non li-

licet mutare Officium vnius diei in Breuiario Rom. præſcriptum, in officium alterius diei; & qui mutat, præcepto non ſatis facit. Ita Doctores apud Bonacinam, diſp. de hor. Canonicis quæſt. 3. puncto 1. numer. 17. Quòd ſi mutatio fiat ex inaduertentia, debent omiſſa ſuppleri Ita Toletus, in ſumma lib. 2. c. 13. n. 6.

8 Neque fieri poteſt mutatio Ritus, vt ſcilicet duplici Ritu celebretur feſtum, quod alias ſimplici ſub Ritu, vel ſemiduplici decretum eſt. *Sacr. Rituum Congregat.* 23. *Nouemb.* 1602. *decreuit*, quod de Sancto cuius inſignis Reliquia habetur, fieri poſſit officium duplex.

9 Denique *eadem Sacr. Rituum Congreg. decreto edito die* 8. *Apr.* 1628 Rubricis Breuiarij nunc addito, & approbato à SS. D. N. Vrbano VIII. cenſuit, & re maturè diſcuſſa, decreuit, non potuiſſe, neque poſſe locorum Ordinarios,

tam Sæculares, quam Regulares; addere Calendarijs, etiam proprijs, Sanctorum officia, nisi ea duntaxat, quæ Breuiarij Romani rubricis, vel Sacr. Rit. Congr. seu sedis Apostolicæ licentia conceduntur, sub pęna quod non satis fiat obligationi recitandi diuini officij. Et multo minus adhiberi possunt officia festorum alia a Sacr. Rit. Congreg. non approbata, quæ in prædicto decreto eadem meritò reiecit, & damnauit. Neq; item potest Episcopus extendere officium, quod fieri solet in ciuitate, ad suam Diœcesim, *Contra decretum hac de re à Sacr. Rit. Cong.* 16. *Ian.* 1607. Et consequenter multo minus officium seu lectiones approbatas pro vna Ecclesia, illud vel illas extēdere ad alienas Ecclesias, suique Cleri vsum.

*De Intentione Officij.*

*Tit.* 3.

SVfficit intentio implicita orandi Deum, quæ habetur in So-

ſola Breuiarij acceptione, ad recitandum officium.

## De Attentione Officij Diuini. Tit. 4.

1 QVi non attendit ad verba, vel ad ſenſum verborum vel ad finem in oratione propoſitum, peccat; & duæ primæ attentiones ſingillatim ſufficiunt.

2 Qui recitat ſine attentione actuali, vel virtuali, peccat mortaliter; nec habitualis ſufficit, quæ abſque vllo voluntatis actu, non rarò contingit.

3 Qui voluntariè diſtractus, alia faciens quæ attentionem impediant, ſcribendo, pingendo, & ſimilia faciendo recitat, peccat.

4 Qui recitat dum veſtes induit exuit, faciem lauat, &c. peccat venialiter.

5 Qui attentè quidem recitat, ſed in animo habet non ſatisfacere præcepto, tenetur repetere.

6 Qui tantum legit preces horarias, & non orat, minimè ſatisfacit

7 Qui recitat officium, & simul audit Missam, peccat tantum venialiter ex Caietan. in opusc. tom. 2. tractatu 4. Negat Nauarr. cap. 16. num. 71. si iusta sit causa. At concordant omnes, nullum esse peccatum, si recitat quando Sacerdos Missæ secreta dicit.

8 Qui recitat cum alijs, satis est, si attentè audiat verba plurium, non singulorum, ac si ab vno tantum dicerentur.

*De Prolatione Officij Diuini.*

*Tit. 5.*

1 QVi recitat solus, satis est si verba ita proferat, vt seipsum percipiat, & intelligat.

2 Qui verba diminuit, & detruncat, syncopat, & transcurit (nisi vitio linguæ, vel consuetudine quadam quasi ingenita fiat) peccat saltem venialiter, non tamen tenetur repetere. *Ex Azorio lib.* 10. *cap.* 7. *quest.* 11.

3 Qui recitat cum socio, satisfacit, siue ille sit obligatus ad offi-

ciu[m]

cium siue non,& satis est, si attendat ad Antiph. Capitula , orationes,& alia huiusmodi, quæ socius solus dicit:idem etiam dicendum de lectionibus . In Psalm.autem , & Hymnis recitandis caue , ne si plures socij sint , alio modo quam alternis versibus , ad modum duarum partium chori dicantur,alioquin non satisfit,ait Suarez libr.4. cap.25.num 3.

4 Qui in Choro destinatus ad cantandum,non cantat, non satisfacit.Ex Trid. sess. 24. capitul.12. vbi de Canonicis loquitur . Sed consuetudo contraria potest excusare.

5 Dum per organum sonatur versus, dicatur hic ab aliquo , vt ab astantibus audiatur . Suarez tom.2.lib.4.cap. 8. num.7.& Cœrem.Episcop.

## *De Tempore Officij Diuini.* *Tit.* 6.

1 A Media nocte antecedentis diei , incipit tempus reci-

tandi officij, & perseuerat vsque ad mediam noctem sequentis inclusiuè. Est communis apud Bonacin. Disput. 1. quæstio. 3. punct. 3. n. 2 ita vt vltra mediam noctem sequentis diei, officium præcedentis non valeat. Nau. c 3. n. 54.

2 Matutinum, & Laudes ex iusta causa possunt recitari in Vesp. præcedentis diei, putà, vt quis deuotius oret, vel studijs manè operam det, vel quia non poterit ita commodè recitare, & post Completorium, satis est expectare tertiam, vel quartam horam post meridiem S. Tho. quodlib. 5. art. 28.

3 Prima ante solis ortum, vel paulò post. Tertia aliquantulum post ortum. Sexta paulò post; Nona prope prandium. Vesperæ, & Completorium post prandium, Tol. lib. 2. cap. 23. sed excusatur ab omni peccato, qui recitat Primam cum Tertia, Sexta, & Nona simul duabus vel tribus horis post solis ortum. Bonac. loc. cit. n. 9.

4 Qui differt Matutinum sine causa ad vesper. vel anticipat Completorium ante prandium, nimis notabiliter variat tempus, & peccat venialiter. Bonacina ibidem.

5 In Choro, statæ horæ sunt obseruandæ magis quàm in priuata recitatione, sed ob processionem, vel concionem, mutari potest hora.

*De Loco Diuini Officij. Tit. 7.*

1 VBique recitari potest priuate, modo non impediatur attentio, & locus sit decens.

2 In Choro verò tenentur recitare, qui Choro sunt addicti, ex iustitia, iuxta institutionem beneficiorum, & consuetudinem locorum nisi aliud cogat necessitas, vt hyemis tempore in sacristia, vel adsit consuetudo legitima, vel priuilegium Papæ, vel fundatoris institutio,

## De Ordine diuini Officij.
### Tit. 8.

1 QVi sine iusta causa peruertit ordinem horarum, peccat venialiter. Iusta vero causa est obliuio; inaduertentia: vt Chorus imitetur, vel alius, ad dicendum officium. Azorius cap. 10. quest. 1.

2 Peruersio eiusdem horæ, secluso contemptu, & scandalo, ex iusta causa nullum est peccatum. Bonac. disput. 1. q. 3. punct. 4 n. 5. grauior erit culpa, si in choro, ordo peruertatur. Suar. lib. 4. cap. 11. num. 10.

## De interruptione Diuini Officij.
### Tit. 9.

1 QVi diuidit Matutinum à Laudibus, nocte tota interposita, non peccat. Doctores apud Bonac. disp. 1. quest. 3. punct. 3. numer. 11. Azorius vult esse veniale sine causa.

2 Qui diuidit Nocturnum à Noctur-

cturno per horam vnam, pluresque, cum iusta causa, non vltra tres horas, non peccat. Doct. apud Bonac. num. 13.

3 Qui diuidit horam paruam, vel Psalmum, ex iuxta causa, non peccat. Azor. q. 5.

4 Interruptio ad longum temporis spatium, probabilius obligat ad repetitionem. Nauarrus capitul. 16. numer. 75. ad breue tempus, non obligat. Idem num. 75. & cap. 10. num. 42. Peccari saltem venialiter, sine iusta causa, est dicendum.

5 Qui interrumpit animo continuandi, vt aliud agat, non tenetur repetere; imò nec ille, qui animo repetendi interrumpit, & postea non repetit. Ita Doctores apud Bonacinam disput. 1. quæst. 3. numer. 31. Hæc de defectibus.

Absolutis 2. & 3. quas interiecimus partibus, quod superest, nisi vt ad vltimam Rubricarum,

Bre-

Breuiarij partem procedamus, supremam huic operi manum impositruri? Accedamus igitur ad rubricas speciales, & partes eiusdem Breuiarij.

PARS

# PARS QVARTA.

PArs 4. Rubricarum Breuiarij, speciales Rubricas, & eiusdem Breuiarij partes examinanda præbet, quas diligenti studio perscrutabimur, digniora tantum relaturi, quadraginta titulis comprehensa. Quorum priores 21 ad proprium de tempore: medij 13. ad proprium sanctorum reliqui posteriores ad Commune Sanctorum attinent.

*De proprio de tempore.*

EXposcit ordo Breuiarij, vt à proprio de tempore ordiamur Rubricarum specialium enucleationem.

*De Aduentu: Tit. 1.*

IN Aduentu, omittimus Suffragia Sãctorum, ne ante Christum natum, implorare videamur corũ opem, quos ipse Christ' suo Aduẽtu san-

sanctitate donauit. Neque fit commemor. de Cruce ne videatur passus, antequam natus; Neque de pace, quam in Natiuitate dedi hominibus bonæ voluntatis. Diebus singulis dicuntur preces feriales flexis genibus, quando fit officium de tempore, præterquam in die Dominica; & de fer. Aduentus, fit semper Commemor. vtpotè de feria maiori.

*De Antiphonis maioribus Aduentus. Tit. 2.*

ANtiphonæ maiores in Aduentu, dicuntur eæ, quæ per septem dies ante Natiuit. Domini recitantur, incipientes ab O, quæ maiores alijs sun , quia duplicantur.

Præcedunt has antiph. aliæ ad Laudes, quasi præparatoriæ ad maiores. Tres aliæ Antiph. sunt priuilegiatæ in his diebus, prima est, *Expectetur* quæ semper dicenda est in Sabbato, quarto loco, vt concordet cum Cantico Sabbati-

no;

no; altera est *Nolite timere*, quæ die 21. mensis Decembr. semper est ponenda, siue sit festum S. Thomæ siue Dominica, ne enuntietur falsum extrà quintum diem ante Natiuitatem; Tertia est, *Ecce completa sunt*, quæ vltimo die ante vigiliam Natiuitatis ponitur.

Quando alicubi contingit reponi has Antiph. in feria diuersa ab ea cui sunt assignatæ: Antiphona quarta erit ea, quæ conformis est Cantico recitando, sicut præscribitur de Antipho. *Expectetur* reseruata Sabbato.

*De Dominica 4. Aduentus.*
*Tit. 3.*

CONtingit non legi in officio Dominicæ 4. Euangelium, quod ideò saltem in præcedenti Sabbato legitur: puta quando in hac Domin. occurrit Vigilia Natiuitatis, & eo anno omittuntur Antiph. ad Laudes, quæ occurrunt in die S. Thomæ, vt in Sabb. 4. Tempo-

sanctitate donauit. Neque fit commemor. de Cruce ne videatur passus, antequam natus; Neque de pace, quam in Natiuitate dedit hominibus bonæ voluntatis. Diebus singulis dicuntur preces feriales flexis genibus, quando fit officium de tempore, præterquam in die Dominica; & de fer. Aduentus, fit semper Commemor. vtpotè de feria maiori.

## De *Antiphonis maioribus Aduentus. Tit. 2.*

ANtiphonæ maiores in Aduentu, dicuntur eæ, quæ per septem dies ante Natiuit. Domini recitantur, incipientes ab O, quæ maiores alijs sun , quia duplicantur.

Præcedunt has antiph. aliæ ad Laudes, quasi præparatoriæ ad maiores. Tres aliæ Antiph. sunt priuilegiatæ in his diebus, prima est, *Expectetur* quæ semper dicenda est in Sabbato, quarto loco, vt concordet cum Cantico Sabbati-

no;

no; altera eſt *Nolite timere*, quæ die 21. menſis Decembr. ſemper eſt ponenda, ſiue ſit feſtum S. Thomæ ſiue Dominica, ne enuntietur falſum extrà quintum diem ante Natiuitatem; Tertia eſt, *Ecce completa ſunt*, quæ vltimo die ante vigiliam Natiuitatis ponitur.

Quando alicubi contingit reponi has Antiph. in feria diuerſa ab ea cui ſunt aſſignatæ: Antiphona quarta erit ea, quæ conformis eſt Cantico recitando, ſicut præſcribitur de Antipho. *Expectetur* reſeruata Sabbato.

*De Dominica* 4. *Aduentus*.
*Tit.* 3.

COntingit non legi in officio Dominicæ 4. Euangelium, quod ideò ſaltem in præcedenti Sabbato legitur: puta quando in hac Domin. occurrit Vigilia Natiuitatis, & eo anno omittuntur Antiph. ad Laudes, quæ occurrunt in die S. Thomæ, vt in Sabb. 4. Tem.

po-

ponantur Ant. Dominicæ 4. quæ omitti non debent.

*De Vigilia Natiuit. Domini. Tit. 4.*

SI hęc vigilia venerit in Sabbato, vice Psalmi *Iubilate*, in Nocturna dicitur Psalmus *Bonum est*, ne bis dicatur idem ad Matutinum, & Laudes.

Legitur Martyrologium cum maiori quam alias solemnitate, de quo supra in Appendice ad primam Rubricarũ Breuiarij partem.

Ad Nonam inclusiuè terminatur Aduentus, & cessat versus, *Angelus Domini* &c.

*De Natali Domini. Tit. 5.*

DIuiditur Matutinum à Laudibus, & inter vtrumq; cantatur prima Missa: Altera post primam, quæ dicitur summo mane, vt Missa cantari queat: Tertia Missa dicitur post Tertiam.

Antiphonæ in 2. Vesper. *Tecum prin-*

*principium*, &c nunquam omittuntur infra octauam.

### *De festis infra oct. Natiuit. Domini. Tit. 6.*

FEsta S. Stephani & SS. Innocentium sunt 2 classis, vti festum S. Ioann. Euangelistæ Quocirca cederent festo occurrenti 1. classis: habent priuilegium, quod de die infra octauam eorum sit commem. in festis eorumdem, vt expresse notatur in Breuiar.

Si festum ex tribus prædictis sit patronus loci, aut Titulus Ecclesiæ in 2. Vesperis Natiuitatis, etiam in propria Ecclesia S. Stephani, idem fieri debet quod in Ecclesia vniuersali; inter eadem verò festa, seruentur rubricæ generales, vt Vesperæ primæ, & 2. sint de digniori, id est festo 1. Classis, & Patroni, seu Titularis, cum Commemor. minus digni, & item de Octaua Natiuitatis, cuius etiam Antiphonæ *Tecum principium*, &c. ad Vesper. recitantur. Ad Laudes

des vero non fit commem. de die infra octauam alia, quam de octaua Natiuitatis Domini, de qua fit semper commem.

3 Si Titulus Ecclesiæ (non Altaris maioris) fuerit Innocentium, erit consequenter 1. classis, & eo casu poterit dici *Te Deum* in officio, & adhiberi color rubeus cum suis consequentiis in Missa: quia æqualia sunt fieri festum in Dom. & fieri in propria Ecclesia.

4 Quæ diximus de prædictis, quando sunt Titulares Ecclesiarum; valent etiam in sequentibus festis S. Thomæ Cantuariensis, & S. Siluestri; in quibus tamen hodie negatur octaua. In 2. Vesper. S. Siluestri, Antiph. *Tecum principium, &c.* non habent amplius locum, terminatæ iam in primis vesperis eiusdem; ergo sumendæ erunt de communi Confessoris Pontificis, & fiet Commemoratio Circumcisionis.

5 De Dominica infra octauam Na-

Natiuitatis rubrica clara est. Quod si tota octaua (vt in quibusdam Ecclesijs accidit) impedita sit festis duplicibus; de eadem fiet commemorat. eo die quo vniuersalis Ecclesia facit de eadem Dominica officium vel commem.

Si Dedicatio Ecclesiæ occurrat in festo SS. Innocentium, in primis Vesp. post Antiph. & Psal mos de Natiuitate: capitulum cum reliquis dici debent de Dedicatione, cum Commem. S. Ioannis, cuius festum est 2. classis, & Natiuitatis Domini, quæ nunquam omittitur: de S. Stephano nihil. In Laudibus & Missa fit tantùm Commemor. de Oct. Natiu. In secundis Vesper. Antiphonæ, & Psalmi De Natiuit. Capitulum Hymnus, &c. de Dedicatione, commemorat. de sequenti festo S. Thomæ, vel Dominica, & de octau. Natiuit. non autem de diebus infra Octauam S. Stephani & S. Ioannis. Sed eo casu, non fit Octaua de Dedicat. quia prohibita

est

est in recognitione Breuiarij. Festum Innocentium (hoc posito) erit celebrandum in die octaua eorumdem; & quia de ijsdem non fit Octaua, poterit dici *Te Deum*, cum consequentibus vna cum vniuersali Ecclesia, & interim non fiet vlla de ijsdem comm. Sed eo anno quo festum hoc occurrit in fer. 5. celebrabitur in Sabbato sequenti, quod erit dies infr. oct. infra quam, fit de dupl. etiam translato: eo autem anno quo occurrit in Sabb, celebrabitur in feria 2. sequenti, & festum S. Thomæ, celebrabitur 1. die non impedita post oct. Epiph.

*De Epiphania. Tit. 7.*

1 SI occurat in hac Vigilia festum duplex, fit tantum commemor. de Vigilia cum 9. lect. de eiusdem homilia; de Dupli translato non fit in ea: si occurrat festum semid. in ea transfertur post Octauam Epiphan.

2 In die Epiphaniæ, Psalmus

Ve-

Venite cantatur vel a duobus Cantoribus, vel melius à quatuor; duobus hinc inde alternatim cantantibus versus eiusdem, & Choro semper Antiphonam repente.

4 De Dominica infra oct. Epiph. quando Epiphania occurrit in Dominica, fit in Sabb. præcedente diem Octauam. Quod si Patronus incidat in huiusmodi Sabbatum in quo faciendum est officium de prædicta Dominica, officium Dominicæ anticipandum non erit feria 6. quia sufficit in Sabb. fieri Commemorationem de Domin. cum eiusdem Homilia pro 9. lectione. In 2. autem Vesperis prædicti Patroni, concurrentis cum die oct. Epiph. fit comm. tantum de die oct. Epiph. nihil de Dom. Quod dicimus de Patrono, idem dicito de Titulari aut Ecclesiæ Dedicatione.

4 Quando Epiphania Domini occurrit in feria 3. accidit in Sabb. ad Vesp. quod pro commem. Epi-

ph. dicitur Antiphona *Omnes de Saba*; & in hoc casu mutatur Versus, & dicitur Versus de Laudibus *Adorate Deum*. Si occurrat feria 2. in primis Vesperis diei oct. pro commemor. Dominic. dicitur Antiphona *Fili*. cum versu *Omnes de Saba*.

*De Dominicis post Epiphaniam. Tit. 8.*

1 DOminicæ post Epiphan. vsq; ad Septuagesimam, vel ad summum sex, vel ad minimum duæ esse possunt, & ideò positum est officium sex Dominicarum.

2 De Domin. 2. post Epiph. semper fit officium ante Septuag. saltem in Sabbato præcedente eamdem Septuages. vel in die prima post oct. Epiph. translato) si opus est) festo semidup. quod semiduplex in Ecclesia vniuersali transferendum, est festum S. Hilarij. quia in rubrica propria dicitur, prima die post octau. Quod si fe-

sta

ſta omnia per hebdomadam ſint duplicia , eo caſu erit ſatis Commemor fieri Domin. 2. in Sabbato: & omittentur Reſp. de tempore, ſed legetur 9. lectio Euangelium, & Homilia eiuſdem. Si vero oct. celebretur aliqua, in ea hebdomada; tunc fiat 1. die de feria, quia dies infra Octau. cedit ſemidupli. ci, ergo à fortiori, cedet Dominicæ huic, cui cedit feſtum ſemidupl. ſed ommittendæ erunt preces cum Suffragijs, ratione Octauæ.

3 Epiſtolæ S. Pauli quæ legi non poſſunt, eo anno omittuntur, quia vnicus eſt liber omnium Epiſtolarum. S. Pauli.

4 Officium Dominicæ 3. 4. 5. 6. ſi poſt Epiph. non habeat locum, transferatur poſt Pentecoſten; quòd ſi nec poſt Pentecoſt. locum habeat, de ea fiat Officium in Sabbat. præcedente Septuageſimam, ſed impedito Sabbato ob feſtum 9. lectionum, fiat in feria 6. aut 5.

proximè antecedenti. Verùm si tota Hebdom. impediatur festo 9. lect. etiam translato, satis erit quod in Sabbato fiat Comm. Dom. cum 9. lectione Euang. & Homil. eiusdem, vt supra, parte 1. tit. de Domin. num. 2.

### *De Septuagesima & Dom. sequent.* Tit 9.

1 DEponitur in Septuag. *Alleluia*, & quamquam pro *Alleluia* à musicis dici soleat *in aeternum*: a recitantibus tamen officium, nihil eius loco ponitur

2 Collecta Sexag. non impedit Communem Commem. S. Pauli in officio.

3 In fer. 5. Sexagesimæ, & item in feria 6. in anno Bissextili dicuntur Antiphonæ, quæ in præcedentibus eiusdem hebdomadæ ferijs fuerunt omissæ vel certè sumuntur de Psalterio, non autem de ferijs Septuages. quarum Antiphonæ, si omittantur ob festa Sancto-

ctorum, non resumuntur in sequenti hebdomada.

*De feria 4. Cinerum.*

*Tit.* 10.

1 HÆc feria est priuilegiata, in qua occurrens quodcumq; duplex, transfertur, *ex Decreto Clementis VI anno 1352.*

2 Nondum dicuntur Vesperæ ante comestionem, vt reseruetur prærogatiua Dominicæ sequentis, quæ est caput Quadragesimæ, cuius primæ Vesper. dicuntur in Choro ante comestionem.

3 Extra Chorum non tenemur recitare ante comestionem, & si sit magis congruum, vt in priuata Vesperarum recitatione, conformemur publicæ.

*De Dominicis Quadrag.*

*Tit.* 11.

1 INuitatorium in his Dominicis, *Non sit vobis vanum.*

2 De 4. Tempor. Quadrag. nihil fit in officio.

3 In feria 5. post Dom. 3. Oratio

est de SS. Cosma, & Damiano sed non impedit Commune suffragium de ijs in Ecclesia eorumdem. Qua de re tractatu 1. parte 4.

### *De Dominica Passionis.*
### *Tit. 12.*

1 IN primis vesper. etiamsi sint de Sancto, teguntur Cruces, & Imagines & omittuntur Suffragia seu communes Commemor. Sanctorum.

2 Ad Completorium de tempore, & ad horas Canonicas minores (non autem de Sanctis) in Responsorijs breuibus, item in omnibus alijs Responsorijs omittitur *Gloria Patri*.

3 In Psalmis nondum tacetur *Gloria Patri*, sed in triduo tantùm maioris Hebdomadæ.

4 In concursu semiduplicis cum Dominicis Passionis, aut Palmarum, in Responsorio breui Completorij omittitur *Gloria Patri*, præterquam in 2. Vesp. Dominicæ Pas-

Passionis, in quibus inchoato festo semiduplici, per Comm. in Completorio, dicitur *Gloria Patri*, in Responsorio breui.

## *De Dominica Palmarum, & Hebdomada maiore.*

### *Tit.* 13.

1 IN capit. Nonæ non genuflectitur ad ea verba *In nomine Iesu*, &c. eadem ratione qua non genuflectitur in Responsoris ad ea *Verbum caro factum est*, &c. neque in Versibus precum fit signum Crucis ad ea *Deus in adiutorium*, &c.

2 In horis Canonicis vltimi tridui huius hebdomadæ, celebramus exequias triduanas mortis Christi.

3 Quindecim candelæ accenduntur in candelabro, triangulari, quæ candelæ debent esse ex certa communi non alba. Et in altari debent esse sex eiusdem ceræ.

4 Candelabrum triangulare a latere Epistolæ collocandum est,

*ex Carem.lib.2.cap.22.*

5 Ad vnumquemque Psalmum extinguitur vna candela, vna post aliam, & 1. loco extinguitur ea quæ est vltima in latere Euangelij,& deinde ab alio latere, & sic successiuè.

6 Oratio dicitur non a stante Sacerdote, vt aliàs, sed à genuflexo. *Ex Carem.Pap lib.2.c.42.*

7 In fine horarum huius tridui non dicitur oratio Dominica, nec quicquam aliud.

8 Extinctis (præter vnam quæ est in sumitate candelabri) candelis omnibus, occultatur hæc quæ accensa manet sub Altari, vel in angulo, tum absoluto Officio rursus ostenditur.

9 Horæ minores recitantur demissa voce: Completorium inchoatur a *Confiteor* ex vsu communiori qui firmatur rubrica clariori, in postrema recognitione Breuiarij.

10 Vesperæ Sabb. in fine missæ dicuntur vt in Missali. Extra Missam

ſam qui recitant, dicant *Pater &* *Aue* & omiſſo *Deus in adiutoriũ*, inchoent, ab Antiph. *Alleluia*, ad modum duplicis, recitent quæ ſequuntur in Breuiario, quibus finitis nihil aliud addatur niſi *Pater*. Quod firmatum eſt in poſtrema recognitione Breuiarii.

11 In completorio Sabbati Sancti, Antiph. ad *Nunc dimittis*, dicitur ad modum ſemidup.

12 Quod autem dicitur ad Antiph. *Regina cœli*, ſtandum eſſe, neque genua flecti toto tẽpore Paſchali; hoc poſtremum intelligi de Oratione, non de Adoratione, quæ ſemper fit cum genuflexione, vt patet ad ea verba, *Et incarnatus eſt, & verbum caro factum eſt: Te ergo quæſumus*. Quare ad Salutationem Angelicam, quæ ter in die pulſatur, ſi Orationem putes, ſtare debes, ſi Adorationem, genuflectere. Senſus, & vſus communior eſt, quod ſit Oratio, ergo non eſt genuflectendum.

13 In hoc triduo in Nocturnis, & Laudibus, accenduntur cerei in Altari, qui extinguuntur cum cantatur *Benedictus* ab illo versu, *Vt sine timore*, ad vnsiumquemque versum extinguitur vna candela, & sic dictis sex versibus, nulla remanet accensa. In horis ante Missam feriæ 5. accenduntur, candelæ. In feria 6. horæ ante Missam dicuntur sine cereis accensis. In Sabbato idem faciendum est ante noui ignis benedictionem. In Vesperis accenduntur. In Completorio, nunquam. Præterquam in Completorio Sabbati sancti.

## *De Paschate & eius Octaua.*
## *Tit. 14.*

HÆc octaua est celeberrima, vti, & octaua Pentecost. & idcircò nullum admittit officium, ne Titularis quidem, Patroni, aut Dedicationis, sed festa omnia quantumuis solemnia transferuntur post oct.

De

## *De tempore Paschali.*
## *Tit.* 15.

1 TEmpus Paschale totum est festiuum, etiam in officio feriali, idcircò diebus ferialibus ad Laudes dicuntur semper Psalmi Dominicales, & in prima, tres tantum psalmi ritu festiuo.

2 Si Dominica 4. post Pascha occurrat die 2. Maij, cum pridiè legatur initium Epist. Iacobi, legantur in hac Dom. lectiones feriæ 2. sequentis.

## *De Litanijs maioribus & minoribus. Tit.* 16.

1 SI occurrant Litaniæ Maiores in Paschate, transferendæ sunt in feriam 3. *ex decr. Sacr. Rituum Congreg.* 25. *Sept.* 1627. cum processione, & consequenter Litaniæ à priuatis in eadem feria recitandæ erunt.

2 Licet oremus stantes tempore Paschali, tamen qui non intersunt Processionibus, flexis genibus Li-

tanias recitare debent. Caueant ij qui in Processione fabulantur, & materialiter tantum cantant cùm alijs Litanias, vel non cantant, ne rei fiant coram Deo. Communis enim opinio est, eos teneri ad priuatam earumdem recitationem, quia inter absentes eo casu numerantur.

3 Nonnulli eas cantant cum repetitione (vti fit in Sabbato Sancto) in Litanijs Maioribus, non in alijs, alijs semper cum repetitione, standum consuetudini, habita ratione longioris aut breuioris viæ. Sed repetitio propria est Sabbati Sancti, & Vigiliæ Pentecost.

4 Si fiat processio, non ante discedatur ab altari, quam sit cantatum inclusiuè, *Sancta Maria, ora pro nobis, vt dicitur in rituali Pauli V*. In longiori processione, vel repetantur, vel addantur Psalmi pœnitentiales, seu Graduales. Terminetur autem cum precibus, & orationibus, quæ habentur in fi-

ne

ne Litaniarum Breuiarij Rom.

5 Qui recitat Vespere Matutinum cum Laudibus, potest etiam recitare statim Litanias omisso ℣. *Fidelium*, quia accessorium sequitur naturam sui principalis.

## *De festo Ascensionis Domini.* *Tit.* 17.

Binæ Petri Epistolæ: & Ternæ Ioannis, habent tantum rationem vnius libri, vt idcircò non sit curandum, si earum initia legi non possint impeditis proprijs ferijs, quod in postrema Breuiarij recognitione fuit examinatum Et si festum Sancti Ioan. ante Portam Lat. occurrat Sabb. infra octau. in Dominica leguntur Lectiones ferię 2. sequentis. Dies Octauę vtrasque habet Vesper. integras, si concurrat cum duplici maiori.

Si feria 6. occurrat festum semid. in 2. Vesper. fit tantùm Commemor. feriæ 6. si occurat festum duplex, fit de eo cum comm. feriæ in Laudibus, & 2. Vesper. sine lectio

ctione Homiliæ. De festo autem semidupl. translato fit in hac feria 6. vt alias in Breu. Clem. VIII.

*De Pentecoste Tit. 18.*

1 AD Tertiam dicitur Hymnus, *Veni Creator*, per totam octauam.

In his 4. Temporibus non est genuflectendum in Missa ad orat. sicut in alijs purè ferialibns.

*De Dominica Trinitatis.*

*Tit. 19.*

1 IN 2. Vesp. huius festi, si concurrat cum festo 1. classis fit de festo 1. classis, cum commem. Trinitatis tantùm; si concurrat cum festo 2. classis Vesp. integræ erunt de Trinitate, & hæc Dom. 1. post Pentecost. de qua fit comm. in officio Trinitatis, est eiusdem rationis cum alijs Dom. sequentibus, non enim intelligitur de ea, Rubrica sub Titulo Dominicarum 1. classis quæ nunquam omittuntur, sed de Dominica Trinitatis, & patet, quia de illis fit totum of-

officium, de hac verò commemor. tantum: & ipsa commem. omittitur in 2. Vesp. si feria 2. celebretur festum 2. aut. 2. classis.

*De festo Corporis Christi.*

*Tit. 20.*

1 DE simplici infra oct. Corporis Christi fit tantùm commemorat. sed hoc intelligendum est, cum 9. lectione, si propriam habuerit, idem enim dicitur in festis secundæ classis, quæ non excludunt Nonam lection. de Sancto, vt patet in festo Inuentionis S. Crucis, & Natiuitatis B. Mariæ.

2. Indulgentiæ concessæ iis qui inter sunt horis Canonicis in festo & per octauam, valent, etiamsi officium dicatur de Sanctis occurrentibus.

*De Dominicis post Pentecost.*

*Tit. 21.*

1 NOn minorem viginti tribus nec maiorem viginti octo, Dominicarum numerum post

post Pentecost. fore vsque ad Aduentum satis patet, quæ supplentur à Dominicis quæ supersunt post Epiphaniam.

2 In gratiam Martyrij Machabeorum, si forte desit Dominica 5. Octobris, iubemur legere de eo, feria 5. præcedente dictam Dominicam, & eodem modo, si Dominica 5. & feriæ sequentes fuerint impeditæ, quo minus de scriptura legi possit, leguntur in alijs ferijs sequentibus post feriam 3 ita vt saltem inchoentur, sin minus omnes de eodem Martyrio legi possunt lectiones. Nulla est enim obligatio legendi totam historiam de Martyrio septem Machabeorum, ex qua vel leguntur ferijs 5. 6. & Sabbato Dominicæ 4. vel ijs impeditis omittuntur quæ legi non possunt: vel in sua propria hebdomada 5. leguntur suis proprijs ferijs vel in sequentibus 4. vel 5. vel 6. vel Sabbato, iuxtà ordinem Historiæ, nunquam verò vltra

tres

tres lectiones in qualibet feria, saltem in Choro, ne grauetur Clerus. Et hoc fuit sancitum in Recognitione Breu. sub Clem. VIII. *Atque hac de proprio de tempore.*

### *De proprio Sanctorum.*

PRoprium de tempore sequitur proximè proprium Sanctorum, cuius difficultates titulis 13. expendemus.

### *De Vigilijs, festis, & Octauis Sanctorum. Tit. 22.*

1 INdictæ sunt Vigilię Sanctorum, vt festum præueniendo sit solemnius.

2 Festa indicta sunt ad excitandum ad imitationem Sanctorum, vel vt meritis eorum consociemur, vel vt eorum orationibus adiuuemur.

3 Octauæ Sanctorum fiunt ad proroganda festa, vt celebriora sint, tum ad compensanda ea, quæ in festis negliguntur.

## De festis Sanctorum mense Decembri. Tit. 23.

1 SI Vigilia S. Andreæ venerit in Aduentu nihil fit de ea, nisi in Missa, quæ dicitur de Vigilia, cum com. feriæ, & S. Saturnini, quibus additur quarta, *Fidelium*, si incidat in feriam 2. & quinta de B. Virgine.

2 Decembr. *Bibiana*, festum semidupl. ad Vrbano VIII. anno 1628.

6 Decembr. *Conceptionis B. Virginis*. Nonnulli putant in tertia Antiph. ad Laudes pro *Exorta*, dici debere *Concepta*; sed vsu communi non mutatur hoc verbum, & est commune Conceptioni, & Natiuitati.

1 Decembr. *Melchiadis*. Vbi fit de eo festum nouem lect. dicitur Octauum ℟. *Domine praueni-sci*: quia non effudit sanguinem, ꝙ enunciatur in Resp. *Hic est verè Martyr*. idcircò omittendum.

20 Decembr. *Vigilia S. Thomæ*, Mis-

Missa de ea ∫com. feriæ 3. Oratio, *Deus qui salutis*, si incidat in feriam 4. temporum; in Missa de 4. temporibus fit commemorat. Vigiliæ, & in officio nihil fit de Vigilia.

21 Decembr. Si festum S. Thomæ sit Titulus Ecclesiæ, & occurrat in Dom. 4. Aduentus in Sabbato dici debent Antiph. ad Laudes Dom. 4. Aduentus cum Antiph. *Expectetur*, & in feria 2. Antiphonæ eiusdem feriæ.

25 De S. *Anastasia*, nihil fit de ea, nisi in 2. Missa Natiuitatis Domini.

29 Decembr. *Thoma Cantuariensis*, in vesp. *Tecum principium*, cap. prout proprio loco in Breuiario notatur.

*De festis Sanctorum mense Ian. Tit. 25.*

14 SI festum S. Hilarij transferatur ℣. erit *Iustum deduxit*, quia cessat ratio mutationis, in concursu aliorum duorum Cōfe-

fessorum. Vbi verò est 1. classis dinidatur oct. lectio induas. Quod fieri debet in similibus.

Eodem die *Felicis in Pincis*. Vbi fit de eo festum 9. lectionum dicitur 8. Resp. *Dom. praeuenisti*, quia non fudit sanguinem.

21. Ianuar. *Agnetis*. In 1. Vesp. in propria Ecclesia dicuntur Psalmi Sanctorum virorum Martyrum. Mendum putant aliqui esse in textu 4. lectionis in ijs verbis *Natalis sancta Agnes*, sed hæc verba habentur in textu Sancti Ambrosij, & sine mendo, quia in casu genitiuo Agnes erat in vsu apud SS. Patres, vtroque igitur modo legi potest, & Agnes & Agnetis. Vbi fit Octaua S. Agnetis, in die Octaua dicuntur omnia vt in die festo, excepta oratione, Antiph. ad Magn. in 1. Vesper. lectionibus 1. Noct. de script. occurr. & lectione 4. quæ est de S. Agnete secundo, 5. & 6. de Communi Virginum, vel vt in octauario Rom.

De

## *De festis Sanctorum mense Februario.* Tit. 25.

1 P*Vrification. B. Mariæ.* Si hoc festum occurrat in Dominicis priuilegiatis, transfertur in feriam 2. *ex decreto Clementis VI.*

22 Februar. *Cathedra S. Petri Antioch.* si concurrat hoc festum cum Dom. Sexagesimæ, nihil refert dici bis orationem de S. Paulo, sub diuersa ratione formali, de quo vide tractat. 1. parte 4. tit. 5 num. 15.

23 *Vigilia S. Matthiæ.* si dies sequens fuerit feria 4. Ciner. & ideò transferatur festum S. Matthiæ in feriam 5. eo casu in 2. Vesp. Vigiliæ, dicuntur preces feriales cum orat. Dominicæ, non Vigiliæ. In anno Bissextili, in lectione Martyrologij, transfertur pronunciatio huius Vigiliæ, & festi sequentis vt supra, cum de Martyrolog. tract. 2. p. 1. in appendice.

24 *Matthiæ Apostoli.* In anno Bissextili Officium fit die seq.

26 No-

25 Nota quod Officium S. Conradi Confessor. nunquam fuit concessum omnibus ad libitum, sed solis Placentinis, & Netinis, & Ordini Minorum S. Francisci.

### De festis Sanctorum mense Mart. Tit. 26.

4 Casimiri Confess. semi dupl. ex præcepto Pauli V. in lectione Martyrologij legatur 1. loco.

17 *Patrocinij Episc. & Conf.* ex præcepto Vrbani VIII. sine lectione, quia, semper occurrit in Quadrag. in Martyrologio erit de eo legendum 1. loco.

19 *Ioseph Conf.* præcepit diem populo festum Gregor. XV. *cum decreto Sacr. Rit. Congreg.* 8. *Maij* 1621.

20 *Ioachim Conf.* duplex ex præcepto Gregorij XV. conuenit in Quadragesima legi nonam lection. Officij additam octauæ, cum in ea contineatur summum

S. Ioa-

S. Ioachim priuilegium.

25 *Annunciationis B. Virginis.* Quid agendum sit quando festum hoc incidit in vltimo biduo maioris hebdomadæ, an populus audire Missam teneatur, vel an possit communicare, diximus in 1. tract. part. 4. tit. 9. num. 20. & tit. 10. nu. 37. & seq.

### *De festis Sanctorum mense Aprili. Tit. 27.*

2 FRancisci de Paula, dup. à Paulo V.

14 *Tiburtij, Valeriani, & Maximi.* Non dicitur *hæc est vera fraternitas*; quia non est ℟. Paschale, neque sunt omnes fratres.

25 *Marci Euangelistæ.* Decreuit Sacr Rituum Congregat. Litanias maiores occurrentes in die Paschatis, differendas esse in feriam 3. sequentem, *die 25. Septembr.* 1627. sed hæc translatio est solius diei paschatis propria, non autem dierum qui sequuntur. Et eo casu Concio matutina haberi po-

ctione Homiliæ. De festo autem semidupl. translato fit in hac feria 6. vt alias in Breu. Clem. VIII.

*De Pentecoste Tit.* 18.

1 AD Tertiam dicitur Hymnus, *Veni Creator*, per totam octauam.

In his 4. Temporibus non est genuflectendum in Missa ad orat. sicut in alijs purè ferialibus.

*De Dominica Trinitatis. Tit.* 19.

1 IN 2. Vesp. huius festi, si concurrat cum festo 1. classis fit de festo 1. classis, cum commem. Trinitatis tantùm; si concurrat cum festo 2. classis Vesp. integræ erunt de Trinitate, & hæc Dom. 1. post Pentecost. de qua fit comm. in officio Trinitatis, est eiusdem rationis cum alijs Dom. sequentibus, non enim intelligitur de ea, Rubrica sub Titulo Dominicarum 1. classis quæ nunquam omittuntur, sed de Dominica Trinitatis, & patet, quia de illis fit totum

of-

officium, de hac verò commemor. tantum: & ipsa commem. omittitur in 2. Vesp. si feria 2. celebretur festum 2. aut. 2. classis.

*De festo Corporis Christi.*
*Tit.* 20.

1 DE simplici infra oct. Corporis Christi fit tantùm commemorat. sed hoc intelligendum est, cum 9. lectione, si propriam habuerit, idem enim dicitur in festis secundæ classis, quæ non excludunt Nonam lection. dé Sancto, vt patet in festo Inuentionis S. Crucis, & Natiuitatis B. Mariæ.

2 Indulgentiæ concessæ ijs qui inter sunt horis Canonicis in festo & per octauam, valent, etiamsi officium dicatur de Sanctis occurrentibus.

*De Dominicis post Pentecost.*
*Tit.* 21.

1 NOn minorem viginti tribus nec maiorem viginti octo, Dominicarum numerum post

post Pentecost. fore vsque ad Aduentum satis patet, quæ supplentur à Dominicis quæ supersunt post Epiphaniam.

2 In gratiam Martyrij Machabeorum, si forte desit Dominica 5. Octobris, iubemur legere de eo, feria 5. præcedente dictam Dominicam, & eodem modo, si Dominica 5. & feriæ sequentes fuerint impeditæ, quo minus de scriptura legi possit, leguntur in alijs ferijs sequentibus post feriam 3 ita vt saltem inchoentur, sin minus omnes de eodem Martyrio legi possunt lectiones. Nulla est enim obligatio legendi totam historiam de Martyrio septem Machabeorum, ex qua vel leguntur ferijs 5. 6. & Sabbato Dominicæ 4. vel ijs impeditis omittuntur quæ legi non possunt: vel in sua propria hebdomada 5. leguntur suis proprijs ferijs vel in sequentibus 4. vel 5. vel 6. vel Sabbato, iuxtà ordinem Historiæ, nunquam verò vltra

tres

tres lectiones in qualibet feria, ſaltem in Choro, ne grauetur Clerus Et hoc fuit ſancitum in Recognitione Breu. ſub Clem. VIII. *Atque hæc de proprio de tempore.*

*De proprio Sanctorum.*

PRoprium de tempore ſequitur proximè proprium Sanctorum, cuius difficultates titulis 13. expendemus.

*De Vigilijs, feſtis, & Octauis Sanctorum. Tit. 22.*

1 INdictæ ſunt Vigilię Sanctorum, vt feſtum præueniendo ſit ſolemnius.

2 Feſta indicta ſunt ad excitandum ad imitationem Sanctorum, vel vt meritis eorum conſociemur, vel vt eorum orationibus adiuuemur.

3 Octauæ Sanctorum fiunt ad proroganda feſta, vt celebriora ſint, tum ad compenſanda ea, quæ in feſtis negliguntur.

De

## De festis Sanctorum mense Decembri. Tit. 23.

1 SI Vigilia S. Andreæ venerit in Aduentu nihil fit de ea, nisi in Missa, quæ dicitur de Vigilia, cum com. feriæ, & S. Saturnini, quibus additur quarta, *Fidelium*, si incidat in feriam 2. & quinta de B. Virgine.

2 Decembr. *Bibianæ*, festum semidupl. ad Vrbano VIII. anno 1628.

6 Decembr. *Conceptionis B. Virginis*. Nonnulli putant in tertia Antiph. ad Laudes pro *Exorta*, dici debere *Concepta*; sed vsu communi non mutatur hoc verbum, & est commune Conceptioni, & Natiuitati.

1 Decembr. *Melchiadis*. Vbi fit de eo festum nouem lect. dicitur Octauum ℟. *Domine praeuenisti*: quia non effudit sanguinem, quod enunciatur in Resp. *Hic est verè Martyr*. idcircò omittendum.

20 Decembr. *Vigilia S. Thomæ*, Mis-

Missa de ea com. feriæ 3. Oratio, *Deus qui salutis*, si incidat in feriam 4. temporum; in Missa de 4. temporibus fit commemorat. Vigiliæ, & in officio nihil fit de Vigilia.

21 Decembr. Si festum S. Thomæ sit Titulus Ecclesiæ, & occurrat in Dom. 4. Aduentus in Sabbato dici debent Antiph. ad Laudes Dom. 4. Aduentus cum Antiph. *Expectetur*, & in feria 2. Antiphonæ eiusdem feriæ.

25 De S. *Anastasia*, nihil fit de ea, nisi in 2. Missa Natiuitatis Domini.

29 Decembr. *Thomæ Cantuariensis*, in vesp. *Tecum principium*, cap. prout proprio loco in Breuiario notatur.

### *De festis Sanctorum mense Ian.* *Tit.* 25.

14 SI festum S. Hilarij transferatur ℣. erit *Iustum deduxit*, quia cessat ratio mutationis, in concursu aliorum duorum Cõfe-

fessorum. Vbi verò est 1. classis dimidatur oct. lectio in duas. Quod fieri debet in similibus.

Eodem die *Felicis in Pincis*. Vbi fit de eo festum 9. lectionum dicitur 8. Resp. *Dom. praeuenisti*, quia non fudit sanguinem.

21. Ianuar. *Agnetis*. In 1. Vesp. in propria Ecclesia dicuntur Psalmi Sanctorum virorum Martyrum. Mendum putant aliqui esse in textu 4. lectionis in ijs verbis *Natalis sanctae Agnes*, sed hæc verba habentur in textu Sancti Ambrosij, & sine mendo, quia in casu genitiuo Agnes erat in vsu apud SS. Patres, vtroque igitur modo legi potest, & Agnes & Agnetis. Vbi fit Octaua S. Agnetis, in die Octaua dicuntur omnia vt in die festo, excepta oratione, Antiph. ad Magn. in 1. Vesper. lectionibus 1. Noct. de script. occurr. & lectione 4. quæ est de S. Agnete secundo, 5. & 6. de Communi Virginum, vel vt in octauario Rom.

De

## *De festis Sanctorum mense Februario.* Tit. 25.

1 PVrificatio B. Mariæ. Si hoc festum occurrat in Dominicis priuilegiatis, transfertur in feriam 2. *ex decreto Clementis VI.*

22 Februar. *Cathedra S. Petri Antioch.* si concurrat hoc festum cum Dom. Sexagesimæ, nihil refert dici bis orationem de S. Paulo, sub diuersa ratione formali, de quo vide tractat. 1. parte 4. tit. 5 num. 15.

23 *Vigilia S. Matthiæ.* si dies sequens fuerit feria 4. Ciner. & ideò transferatur festum S. Matthiæ in feriam 5. eo casu in 2. Vesp. Vigiliæ, dicuntur preces feriales cum orat. Dominicæ, non Vigiliæ. In anno Bissextili, in lectione Martyrologij, transfertur pronunciatio huius Vigiliæ, & festi sequentis vt supra, cum de Martyrolog. tract. 2. p. 1. in appendice.

24 *Matthiæ Apostoli.* In anno Bissextili Officium fit die seq.

26 No-

S. Ioachim priuilegium.

25 *Annunciationis B. Virginis.* Quid agendum sit quando festum hoc incidit in vltimo biduo maioris hebdomadæ, an populus audire Missam teneatur, vel an possit communicare, diximus in 1. tract. part. 4. tit. 9. num. 20. & tit. 10. nu. 37. & seq.

*De festis Sanctorum mense Aprili.* Tit. 27.

2 F*Rancisci de Paula*, dup. à Paulo V.

14 *Tiburtij, Valeriani & Maximi.* Non dicitur *hæc est vera fraternitas*; quia non est ℟. Paschale, neque sunt omnes fratres.

25 *Marci Euangelistæ.* Decreuit Sacr Rituum Congregat. Litanias maiores occurrentes in die Paschatis, differendas esse in feriam 3. sequentem, *die 25. Septembr. 1627.* sed hæc translatio est solius diei paschatis propria; non autem dierum qui sequuntur. Et eo casu Concio matutina haberi

poterit vel ante, vel post processionem, vel à prandio vt in Paschate.

30 *Catharina Senensis* semid. ex præcepto Vrbani VIII.

*De festis Sanctorum mense Maio. Tit. 28.*

1 P*hilippi & Iacobi*. Si occurrat hoc fest. in Sabbat. Domin. 3. Post Pasch. tunc in Domin. 4. debent legi lectiones feriæ 2. sequent. ne bis initium Epistolæ legatur immediatè duobus diebus. Quòd si contingat eos diuidi, eo casu, in Ecclesia, S. Philippi, lect. 1. Noctur. erunt de Communi Apostol. reseruatis, lectionibus Epistolæ S. Iacobi officio eiusdem cuius est propria. Lectiones 2. Nocturn. quarta propria 5. & 6. sumentur de Communi Apostol. Lectiones 3. Nocturni, cum Antiph. in Laudibus, vt in proprio festo, quia sunt magis de S Philippo.

In Offic. verò S. Iacobi quod transferri debet in 1. [illegible] diem non im-

impeditam, etiam infra oct. S. Philippi Titularis (hoc est in diem 4 Maji, vel si ea dies Dominica est, in diem quintam) 1. lectiones erunt de Epistol. S. Iacobi, 4. & 5 erunt quæ habentur propriæ nempe quinta, & sexta, sexta vero erit de Communi Apostol. Tertij verò Nocturn. lect. erunt de Euangel. *Ecce nos reliquimus omnia*, vt in eodem Communi Apostol. Antiphonæ omnes de Communi Apostol. tempore Pasch. De S. Monica fiat Comm. in Laudibus tantùm, cum 9. lectione, ex duabus vna pro vanietate orationum, quæ necessaria erit, certè in 2. Vesp. S. Iacobi, si die sequenti fiat de die infra Oct. S. Philippi sumi. poterit Oratio de S. Iacobo Maiore 25. Iulij. Eadem seruanda erunt vice versa si festum Sancti Iacobi Minoris sit Titularis Ecclesiæ, aut Patroni loci. *Vbi fit de octau. si intra eandem occurrat fer. 2. Rogationum, vel Vigilia Ascensionis, lectio-*

*nes* 1. *Nocturn. sumantur de Communi Apostol.*

3 Si concurrant festu Ascensionis, & Intentionis S. Crucis, fiat comm. de festo S. Crucis, licet videatur festum de eodem: & differentia satis patet in diuersitate mysterij, quidquid alij contra scripserint.

6 *Ioannis ante portam Latinã* si occurrat in Sabbat. infra octau. Ascens. legitur initium Epist. Dominicæ sequentis in qua deinde legi possunt lectiones feriæ 2. sequentis, ne bis initium legatur immediate, ita in recognitione Breuiarij postrema. Si occurrat in dominica, vel feria 2. Rogationum, conuenit vt 9. lectio coniungatur octauæ, quia in illa de Martyrio illius agitur.

8 *Apparitionis S. Michaelis Archangeli*: octaua benedictio; *Quorum festum colimus*. Si hoc festum transferatur, vltra tempus Paschale, fiat vt in Septembri; si

oc-

occurrat in fer. 2. Rog. vel in Dominica, octauæ lectioni adiungatur nona.

12 *Nerei*, &c. Si occurrat hoc festum in feria 2 Rog. conuenit, vt octauæ lect. iungatur nona.

Si transferatur extra tempus Pasch. mutantur Antiph. & ℟. ℟. non tamen dicitur *hac est vera fraternitas*. Missa cum orationibus, & Euangel. proprijs dicitur eo casu, vt in communi Mart. extra tempus Pasch.

26 *Philippi Nerij Conf. semid.* ad libitum, si fiat off. in lectione Martyrol. legatur primo loco.

*De festis SS. mense Iunio.*

*Tit. 29.*

1 NOrberti *Pontif. Confess. semidup.* Ex præcepto Pauli V.

In lectione pridiana Martyrologij ponatur 1. loco.

Circumfertur decretum Vrbani VIII. anni 1625. quo transfertur hoc festum in diem 11. Iulij,

ſed idem Pontifex anno 1631. declarauit, ab ordine Præmonſtratenſi, transferendum eſſe, & à nullis alijs.

11 *Bernaba Apoſtoli*, ſi venerit tempore Paſch. Miſſa erit, vt in feſto S. Marci, exceptis orationibus, Epiſtola, & Euangelio) quæ dicuntur vt in propria Miſſa. Offic. quoque vt in tempore Paſch.

26 *Ioannis, & Pauli Martyrum*. Si hoc feſtum concurrat cùm feſto ſemid. ſequentes Veſper. erunt à c. de ſequenti.

30. *Commemorationis S. Pauli*. Si transferatur in diem 4. Iulij, ratione Octauæ Corporis Chiſti, aut in aliam non impeditam feſto 9. lectionum, totum officium à 1. ad 2. Veſp. incluſiuè fit vt in propria Eccleſ. Ita decretum eſt, in poſtrema Breuiar. recognitione.

Si dies 30. fuerit Sabbatum, in 2. veſp. huius diei Comm. Domin. fieri debet poſt Commemorationem S. Petri Apoſtoli, non ante.

*De*

## De festis Sanctorum mense Iulio. Tit. 30.

1 OCtaua S. Ioannis. Si contingat non legi de Homilia S. Ambrosij, quæ habetur in 2. vel 4. die infra octau. S. Ioannis ob Dominicam occurrentem infra eandem, poterit legi quod omissum est in die Octaua, ad varietatem, & ad libitum.

4 *Elisabeth semid.* ad libitum. Si fiat, offic. legatur de ea 1. loco in Martyrologio.

10 *Septem fratrum.* Si transferatur hoc festum in fer. 2. conuenit vt oct. lect. iungatur nona.

14 *Henrici Imperatoris.* Commemoratio, ab Vrbano VIII. in recognitione Breuiarij, de quo legendum 2. loco in Mart.

26 *Annæ Matris Mariæ.* Gregorius XV. precepit diem agi festum vbique.

## De festis Sanct. mense Augusto. Tit. 31.

16 ROchi Conf. Sacr. Rit. Congr. censuit concedendam esse Missam, & Officium in eius de festo, in Ecclesijs dumtaxat, & Eremitorijs, habentibus requisita Ecclesiarum, in honorem eiusdem Deo dicatis, non extra dicta loca. 4. Iulij, & clarius 26 Nou. 1629.

Eodem die *Hyacinthi Conf. dupl.* Ex præcepto Vrbani VIII. in Martyrologij lectione pridiana 1. loco ponatur. Lectiones 1. Noct. de scriptura occurr. iuxtà rubricam quæ posita est in Breuiar. ante Domin. 3. Augusti.

20 *Stephani Hungarorum Regis Conf.* Commemoratio, ab Vrbano VIII. anno 1631. in Martyrologio legatur 2. loco.

22 Hac die prænuntiatur in Martyrologio extra Romam, Vigilia Sancti Bartholomæi.

23 Extra Romam, hodiè prænunciatur in Martyrol. festum S.

Bar.

Bartholomæi Apostoli.

25 *Ludouici Regis Conf. semid.* ex præcepto Pauli V.

*De festis Sanctor. mense Septembri. Tit. 32.*

1 N*Atiuitatis B. Mariæ Virginis.* Vbi est titularis, in tertio Noct. vel de 7. & 8. lectione fiant tres; vel pro 9. legatur septima diei sequentis infra octau. parumque refert si die sequenti eadem repetatur.

11 *Prothi & Hyacinthi mart.* Vbi officium est 9. lectio. 8. ℟. erit *Hæc est vera*, &c.

16 *Cornelij, & Cypriani*. Lectiones 1. Nocturn. de Communi Martyrum, eatenus fuerunt assignatæ, quatenus de libro Tobiæ cęptum sit legi: alioquin initium eiusdem libri legatur in hoc festo, ne scilicet liber ille omittatur.

17 *Stigmatum S. Francisci semid.* extra ordinem S. Francisci, ad libitum Clerici, vt patet *ex decr. Sacr. Rit. Cong. 28. August.* 1516.

*& rursus die* 2. *Octob.* 1627. *& nouo decreto*, deleta sunt ea verba in sexta lectione *Officio duplici* (quæ videbantur ad totum Clerum attinere) die 6. *Nouemb.* 1627. Color albus adhibendus est. In Martyrologijs lectione pridiana, si fiat officium, ponatur. 1. loc.

20 *Eustachij*, &c. Vrbanus VIII. ritu semidup. celebrari iussit. 8. ℟. non est *Hæc est vera fraternitas*.

30 *Dedicationis S. Michaelis Arcang.* ad oct. lect. dicitur: *Quorum de festum colimus*.

*De festis Sanctorum Mense Octobr. Ti* 33.

FEstum Rosarij debet vbique & perpetuo celebrari in ijs Ecclesiijs, in quibus adest Altare seu Capella Rosarij B. Virginis, duplici maiori Officio, in 1. Dominica Octobris quæ scilicet occurrit in kalendis, vel post Kalendas ex *decreto Gregorij XIII.* 1. *April.* 1573. Officium recitari cõuenit vt in festo Niuis, cum lectioni-

nibus 2. Noct. de Natiuitate B. M. Virginis, mutato verbo *Natali* in *Solemnitate*. Vbi fit hoc festum, legatur de eo in Martyrologio primo loco.

Si dies octaua Titularis Ecclesiæ S. Michaelis, S. Hieronymi, & aliorum in Domin. 1. Octobris occurrat, in qua Rosarij festum à Clero eiusdem Ecclesiæ fieri debet Officiumque de eodem recitari: hoc casu recitandum est officium de Rosario cum Comm. diei oct. & Dom. 1. Octobr. quia Rosarij festum, nec est omittendum, nec à Dominica dimouendum.

De festo SS. Angelorum Custodum concessit Paulus V. 27. Sept. 1608. posse fieri Officium duplex à se approbatum, ad libitum cleri, prima die non impedita Officio 9. lectionum post festum dedicationis S. Michaelis. Hoc festum cedit dominicæ, imò etiam cuilibet diei infra octauam: Vnde non fit infra oct. S. Michaelis aut

S. Hieronymi, & est tantum duplex minus. Lectiones 1. Nocturn. omittuntur si legendum sit initiũ Esther. Ad 8. lectionem dicitur *Quorum festum*, &c. licet quis solus recitet. Si fiat Officium 1. die Octobr. octauæ lectioni iungatur nona. Vbi fit hoc officium, in lectione Martyrologij legatur 1. loco de eodem.

4 *Festum S. Francisci, Assisinatis*. Est de præcepto vbique locorum ex decreto Sixti IV. sed rursus præcepit, vbique obseruari, *Sacr. Rit. Cong. die 3. Ian. 1622. annuente Sanctissimo D. N.*

5 *Placidi & sociorum* Non dicitur ℟. *hæc est vera*, &c.

6 *Brunonis*, ex præcepto Gregorij XV. semid. In lectione Martyrol. ponatur 1. loco.

8 *Birgitæ viduæ semid.* ex pręcepto Greg. XV. in Polonia, fit die septima, sed extra Poloniam fit die 8. Vnde in Martyrol. recognito, translata est lectio de eadem, in

hanc

hanc diem octauam Octobris.

28 *Simonis & Iudæ* Si contingat eos diuidi, quia alter eorum est Titularis Ecclesiæ, tunc pro S. Simone legatur in 1. Nocturn. de Communi Apostol. reseruata lect. Epistolæ Iudæ eidem, qui est eiusdem auctor. *V*ide supra in 1. die Maij. At quia lectio 4. non potest diuidi, ea legatur in festo Titularis, & iterum in Officio alterius translati, sicuti etiam Euang. cum homilia.

Lectiones 5. & 6. variari possunt & desumi ex Communi Apostol. Pro varianda Oratione sumi potest Oratio Vigiliæ in numero singulari, & mutatis verbis *Præuenimus* in *Celebramus*, & *Præueniant* in *Implorent*.

## *De festis Sanctor. mense Nouembr.* *Tit.* 34.

SI Commemoratio Omnium Fidelium Defunctorum in Dominica occurat, transfertur commemor. hæc in diem Lunæ, & Ve-

speræ in Vesperas Dominicę, ex decreto Vrbani VI. nisi dies Lunæ sit item impedita festo de præcepto nunc enim in diem 4. Nouembris (etiamsi sit impedita festo 9. lectionum) transfertur Officium Defunctorum cum missa, cantata de festo altera Missa, vna cum officio de die.

4 *Caroli*. A Paulo V. ad libitum Cleri semid. si fiat Officium, in lectione Martyr: legatur de eo 1: loco. In tota prouincia Mediolanensi celebrari potest ritu dupl. *ex decreto Sacr: Rituum Cong. 20. Nouemb.* 1610.

Hæc de proprio sanctorum, nunc ad eorundem Commune pergamus.

*De Communi Sanctorum.*

COmmune Sanctorum continet ea, quę ad Horas Canonicas sunt necessaria, quando in eorum festis non habentur propria nimirum Hymnos, Antiphonas, Psalmos, & huiusmodi.

Po-

Potiſsimum autem deſeruit ijs Sanctorum feſtis, qui de numero ſunt Apoſtolorum. Martyrum, Confeſſorum, Virginum, non Virginum, Patronorum, ſeu Titularim. Item dedicationis Eccleſiæ, & officia S. Mariæ in Sabb. complectitur:

## *Preludium de Patronis, & Titularibus.*

FEſtum de quo neſcitur obitus, neque dies Translationis, neque inſignis manifeſtationis, & eiuſmodi, & tamen alijs de cauſis celebrari debet eius feſtum cum Maiorum conſenſu, celebrandum eſſet in die, quo in Martyrologio, feſtum alterius ſancti eiuſdem nominis occurrit, quod obſeruari debet, niſi vbi timetur error in populis, qui credant eum quem colunt eſſe eundem qui in Kalendario Romano deſcriptus eſt, quod non ſine graui peccato fieri poteſt; ſed eo caſu, tutiùs eſſet celebrari feſtum illius

alio

alio die, puta Translationis, aut eiusmodi.

His prælibatis quæ ad Commune Sanctorum attinent 6. Titulis complectemur.

*De Communi Apostolorum.*
*Tit.* 35.

IN postrema Breuiarij recognitione, repositum est Euangelium, *hoc est præceptum meum*, sub titulo Vigiliç Apostol. & in 3. Nocturn. aliud *Ecce nos reliquimus omnia*.

*De communi Martyrum.*
*Tit.* 36.

1 ALij sunt Martyres Pontifices, alij non Pontifices, & vtriusque datur officium commune, excepta Oratione, & lectionibus 1. Noct. quæ leguntur tantùm in festo Martyris Pontificis. Itaque in festo Martyris non Pontificis, leguntur aliæ quæ habentur in Communi plurimorum Martyrum.

2 Quando in Missa legitur Euãge-

gelium, cuius Homilia nulla habetur in Communi, legenda est Homilia, quæ fortè in proprio SS. habetur, vt Homilia super Euangelium, *Nihil opertum, &c.* quæ habetur in festo S. Polycarpi. Quòd si non habetur in Breuiar. veluti super Euãg. *Nolite arbitrari, vel qui vos audit me audit*, lege in Officio Homiliam Euangelij, quam habes in Communi, & in Missa deinde idem Euangelium leges, quod in officio; liberum enim est legere in Missa quodcũque Euangelium de eodem Communi sumptum; iuxta rubric. quæ habetur post primam missam de Communi vnius Martyr. Pontif.

3 ℟. proprium post nonam lect. positum pro festo 5. sanctorum Mart. Pontif. *Domine præuenisti*, non est ad excellentiam, sed ad euitandum mendacium in eo ℟. futurum, si in eorum festis recitaretur. *Hic est verè Martyr, qui pro Christi nomine sanguinem suum*

*su-*

*fudit* cum ij perierint quidem, sed non effuso sanguine. Adde ijs ob prædictam causam, festa 9. lect. S. Felicis in Pincis, & S. Melchiadis PP. vbi celebrantur.

℟. *Hæc est vera fraternitas*, non dicitur vnquam, nisi verè ij sint fratres secundum carnem, imò neque si cum fratribus carnalibus celebrantur alij eodem die non fratres.

5 Quæ desunt in Communi Paschal. sumi debent ex Communi extra tempus Paschale, ait rubrica quod intellige quoad lectiones 1. Nocturni.

*De communi Confessorum. Tit, 37.*

1 PRo summis Pontificibus vnica est differentia, ab alijs, in Antiph. ad Magnif. in 2. Vesper. *Dum esse summus Pontifex.*

§2 Quando fit festum pluriũ Cõfessorem, siue Pontificum, siue nõ Pont. datur facultas variandi verba tum in orationes tum in sermonibus, vt sonent num. pluralem

v.gr,

v. g. *Sanctorum ac Beatissimorum patrum Nostrorum N. N, vel Beatorum N. & N. dies quorum festiuitatem celebramus*; non tamen in sermone S. Gregorijs ex lib. Moralium. Deridetur iusti simplicitas, quia non est pro priè sermo de sancto, sed tractatus, & expositio libri Iob. In Antiph. Responsorijs, Hymnis, & homilij, nulla fit mutatio, licet non quadrent pluribus.

3 Tempore Paschali additur *Alleluia*, vbi scilicet non habetur In Inuitatorio repetitur, *Venite adoremus Alleluia* 3. Psalmi dicuntur sub vna Antiphona, etiam post Ascensionem Domini.

## *De communi Virginum, & non Virginum. Tit.* 38.

DAntur Virgines tantum, Virgines, & Martyres, Martyres tantum, nec Virgines nec Martyres.

1 Lectiones 2. Noctur. pro Martyre tantum, addidit Vrbanus

VIII.

VIII. in postrema Breuiarij recognitione.

2 Addidit etiam Antiphonam ad Benedict. pro nec Virgine nec Martyre. *Date ei de fructu manuum suarum, & laudent eam in portis opera eius.*

3 Si fuerint plures, nihil mutatur præter Orationem, & si plures sint Virgines, habent propriam Antiph. in utrisque vesp. & Laud. *Prudentes Virgines, &c.*

4 In concursu, seu occursu duarum Virginum, seu Sanctarum mulierum, potest dici oratio, *Indulgentiam nobis Domine*, tacitis titulis virginis, & Martyris, ad varietatem.

### *De Communi Dedicationis Ecclesiæ. Tit. 39.*

ECclesiæ materiali duo accidunt, in ordine ad horas Canonicas, nimirum Titulus, & Dedicatio, quæ differunt, & conueniunt in multis.

Titulus Ecclesiæ est à quo deno-

nominatur Ecclesia, puta S. Saluatoris, S. Nicolai, & similium: Dedicatio verò Ecclesiæ, est ipsamet consecratio, facta ab Episcopo, quæ ità recolitur quotannis, vt natalis dicatur dies; ex S. Leone Festũ autem Dedic. dignius est quàm S. Patroni loci, & festum Patroni loci dignius Titulari.

Conueniunt in his. Sunt 1. classis, habent octauam; celebrari possunt infra octauam Epiphaniæ, & in Dominicis 2. classis, in eisdem si Vigilia occurrat, nihil fit de ea nec in Missa, nec in officio; habent omnia priuilegia festorum 1. classis. Sed iam de sola Dedicatione.

1 Si contingat dedicari Ecclesiam in aliquo festo ex solemnioribus, ne quotannis occurrentia duo festa, se inuicem impediant, potest Consecrator decernere aliũ diem ad celebrandam Anniuersariam Dedicationem Ecclesiæ, putà vel diem Dominicum proximiorem, vel alium adeò commodum

vt

vt possint octauæ celebrari liberiùs, & populus præsertim rusticus, maiori frequentia colere festum possit, *ita decreuit Sacr. Rit. Congreg.* 19. *Feb.* 1585. Extra actum verò Consecrationis non potest mutari festum inconsulta S. Sede Apostolica.

2 Præter propriæ Ecclesiæ Dedicationem, celebrari debet quoque Anniuersaria Dedicatio Ecclesiæ Cathedralis; In ciuitate quidem cum octaua, in Diœcesi sine octaua, *ex decreto Sacr. Rit. Congr.* 2. *Maij* 1619: erit tamen in Diœcesi quoque festum primæ classis.

3 Regulares non tenentur ad hoc festum nisi ex quadam congruentia, & præsertim si populare sit festum, non Cleri tantum.

4 Si concurrant, seu occurrant Dedicationum festa, vel Octauæ, pro varietate Orationum, sumi ea poterit, quæ assignata est ipsi diei Dedicationis.

5 Occurrentibus Dedicatione pro-

propriæ Ecclesiæ, & Dedicatione Cathed. eodem die, præferenda est Dedicatio propriæ Ecclesiæ, quare de hac fiet Officium infra oct. cum comm. oct. Ded. Cathed. translato festo altero in 1. diem non impeditam.

### De officio S. Mariæ in Sabbato. Tit. 40.

1 NIhil superest enucleandum in hoc capite, quod non superius attigerimus tit. 8.

Hic finis esto omnium rubricarum specialium, quæ per corpus Breuiarij sunt vndequaque sparsę: sed quia in fine Breuiarij addita sunt quædam, quæ dici possunt appendices, quia non sunt partes Horarum Canonicarum; nec ad eas, nisi remotè pertinent; de ijs seruato Breuiarij ordine, nunc restat dicendum.

# APPENDICES

## Breuiarij 6. Titulis distinctæ.

### *De Officio Paruo B. M. Virginis. Tit. 1.*

EXtra Chorum, nunc temporis, nemo tenetur recitare hoc Officium, ob Bullam Pij V. qui omnem tollit obligationẽ recitandi hoc off. extra Chorum.

2 Pensionarij extra Chorum tenentur ad recitationem quotidianam huius Officij, sub pęna restitutionis fructuum pensionis ad ratam, vt patet ex Bulla Pij V. hac de re edita. Verum si pensionarij recitant Horas Canon. eximuntur ab onere recitandi officii parui.

3 In Choro si adest consuetudo recitandi hoc officium, obligat adhuc, imo. *Sacr Rit. Congregat. 1 Sept. 1607. decreuit*, seruandam esse eam consuetudinem qua recitatur in Choro hoc officium in se-

mi-

miduplicib. & Dominicis. Tandē Vrbanus VIII. decreuit die 2. Ianuarij 1627. etiam mutato proprio Breuiario, & Romano acceptato, adhuc eos teneri ad quotidianam officij B.M. Virginis recitationem, qui anteà ex consuetudine tenebantur.

4 Vbi non est talis consuetude dicitur quando non fit officium 9. lection.

5 Non dicitur in Vigil. Natiuit. Domini, nec in ferijs Maioris hebdomadæ, nec infra octaua Paschæ, aut Pentec. nec in Sabb. quando fit officium de S. Maria, quibus diebus omittitur à Vesp. & in Vigil. Natiuit. à Matutino.

6 Tempore Passionis nulla fit detractio, sed dicitur *Gloria Patri*, in Inuit. & Resp. 3. vt in festis Sāctor.

7 Tempore Pasch. dicuntur in Nocturn. tres Antiph. vt alias, quia non est officium de festo, sed *Alleluia*, non additur Inuitatorio, Antiphonis, & Responsorijs, ex

de-

fine vltimæ horæ, si plures recitentur simul, Antiph. finalis.

*De officio Defunctorum.*

*Tit. 2.*

1 INuitatorium dicitur in die Commemorationis omnium Fidelium Defunct. & in die Depositionis seu Obitus defuncti, etiã si vnum tantum dicatur Nocturnum. Itemque in die 3. 7. & 30. & Anniuersario, & quandocumque tres dicuntur Nocturni, per annum omittitur; in die Depositionis seu Obitus, etiamsi vnicum diceretur Nocturnum tamen duplicantur Antiphonæ.

2 Antiphona 9. *Sitiuit anima mea ad Deum viuum*, ita legenda est licet in Psalmo dicatur *ad Deũ fortem (non fontem) viuum.*

3 In fine Vesperarum, & Laudum, dicuntur preces semper flexis genibus, etiam quando omittuntur Psalmi *Episcopis autem in Carem. Episc. lib. 2. c. 10. præscribitur vt stantes dicant*, quod non est

Commune reliquo Clero.

4 Dicitur *Pater noster. Et ne nos*, alta voce.

5 ℣. *Requiem æternam*, diuiditur in fine Psalmorum, & in precibus, licet non diuidatur in ℟ ℟. in fine Psal. dicitur loco ℣. *Gloria Patri.*

6 Psalmi qui dicuntur in fine vesper. & Laudum, non dicuntur in die Commemorationis Omn. Fidel. Defunct. neque in Depositione Defuncti, si tres Noctur. dicantur, neque in offic. dupl.

7 Versus qui dicuntur post Psalmum, si pro vno sit officium dicuntur in numero singulari, sicut & oratio sequens, reliqua in toto officio non mutantur, neque Versus post orationem.

8 Versus *Requiescant in pace* dicitur in fine, omnibus surgentibus tam in Vesp. quam in Laudibus.

9 Regulariter non præmittitur oratio Dominica secretò, neq; aliquid aliud, quando Vesp. aut Matutinum Defunct. dicuntur separatim

tim ab Horis Canonicis, siue extra Chorum, siue in Choro.

10 Si Matut. diuidatur a Laudibus, eo casu in fine Matutini dicuntur preces sine psalmo, cum oratione, seu orationibus, saltem in Choro.

11 Vesperæ non sunt dicendæ ante Matut quod præsente corpore manè cãtatur ante Missam, quia mane non est vesperarum tempus.

12 Permittitur hoc offic. in festis 9. lect. pro adimplenda voluntate defunctor. dummodò separatim dicatur ab officio diei. *Ita decreuit Sacr. Rit. Cong.* 12. *Iunij* 1628.

13 Si sola dies vltima mensis sit libera ea dicatur die.

14 Intra Aduent. & Quadrages. nulla habetur ratio mensis. Quocirca si in Aduent. & Quadrages. dici non queat in Mense Decemb. & Martio, in ferijs 2 eo casu non erit recitandum in alijs ferijs.

15 Occurrente Vigil. Nat. Dom. in fer. 2 Hebdom. 4. Adu. non erit

quenti, non videtur improbanda, si de officio ex vi regulæ agatur.

18 Excepta Comm. Omn. Fidel. Def. unct. nulla est obligatio recitandi hoc offic. extra Chorum.

19 Etiamsi hoc officium concedatur in Choro, in festis 9. lection. etiamsi sint festa de præcepto, pro implenda voluntate testatorum, tamen non est recitandum, in festis. 1. aut 2. classis, neque in vltimo triduo maioris hebdomadæ.

20 Si accidat in ijs obligationibus, aliqua necessitas, ex causa rationabili reducendi, aut commutandi, aut eas moderandi ad tempus, seu in perpetuum, declarauit Sacr. Trid. Concilij Cong. Sess. 25 cap. 4. posse Episcop. in Synodo, & Regularium Superiores in suis Capitulis Generalibus, circa hæc Officia decernere quidquid magis expedire videbitur, ea commutando in missas &c. si ante Concilium fuerint imposita; non autē post vt patet, ex decreto de Ce-

lebratione missarum sub Vrbano VIII die 21. Iun. 1625.

*De Psalmis Gradualibus.*

*Tit.* 3.

1 Dicuntur in 4. ferijs Quadragesimæ à fer. 4. Ciner. inclusiuè, sed non dicuntur in maiori hebdomada. Ante Matutinum officij parui B. Virg. dici debent. Omittuntur in festis nouem lect.

*De Psalmis Pœnitentialibus.*

*Tit.* 4.

Recitantur in fer. 6. Quadragesimæ, quando officium fit de feria post Laudes dici dicto *Benedicamus Domino, & Deo gratias.*

2 Si consuetudo detur antiqua, & inueterata, recitandi psal. prius in Choro in fer. 5. Quad. post Completor. & in ferijs 3. Graduales, *Sacr. Rit. Congreg. censuit eam retineri posse 2. Aug.* 160 .

3 Litanijs non debet fieri vlla additio, ne quidem Patronorum loci aut Titularium inconsulta S. sede

Sede Apostolica *Ex Sacr. Rituum Congreg. 22. Mart. 1631 respondit Canonicis Cathedralis Rhegiensis, non posse inseri alios Sanctos in Litanijs præter descriptos, etiam tempore pestis, quo ij petebant facultatem addendi sanctos Titul. & Patronos Ciuitatis.* Multò minùs inuocandi erunt in Litanijs ij qui nondum sunt Canonizati, imò neque priuatim recitando Litanias.

4 Vacante Sede Rom. petitio de Dominio Apostolico debet omitti vnà cum ℣. post Psalmum in precibus *Oremus pro Pontifice &c.* & Oratione de eodem. Papa vocatur Domno, non Dominus, quia Dominus Titulus Dei est, Domnus verò hominis Præclari, vt docet Baronius ex Euodio, anno 416. Apostolicus autem, quia successor Petri principis Apostolorum.

5 Si Litaniæ separatim à Psalmis pœnitentialibus dicendæ sint, dicto *Benedicamus Domino*, & *Deo*,

## De Benedictione Mensæ, & Itinerario Clericorum.

### Tit. 6.

1 BEnedictio Mensæ quæ fit manè, & vesperi, originem habet à Christo, & Apostolis. Eius omissio, peccatum est veniale, ex Nau. de Orat. c. 18. nu. 43.

2 Solemus ad ea verba prædictæ Orat. *Domine nos &c.* signare Cruce nos ipsos; & ad sequentia verba, *Et hæc tua dona*, signare cibos Cruce.

3 Geminatur initio vox *Benedicite*, quasi inuicem hortemur nos ad benedicendum Domino.

4 Mutatio ℣. ℣. pro varietate festorum, sicut & Psalmorum fit regulariter à 1. Vesper. festi si cœnatur, quia à 1. Vesper. incipit festum, cessatque mutatio, vt in Rubrica Breuiarij.

℣. ℣. De Natiuitate Domini dicũtur hodie in postre a recognitione Breuiarij, vsque ad cœnam Vigiliæ Epiph. exclusiuè.

℣ ℣. De Epiph vsque ad cœnam diei octauæ inclusiuè.

In triduo maioris Hebd. vt in Breuiario.

℣. De Pasch. *Hæc dies*, vsque ad cænam sequentis Sabbati exclusiuè, cum ijs omnibus quæ in prima benedictione ponuntur, excepto ℣. & Psalmo proprijs festi Paschalis. Et quia vnus tantùm, & idem ℣. dicitur ante & post mensam, nempe *hæc dies*; idcirco habes in Breuiario Clementino *hæc dies* dicitur tantum, quæ particula *tantum* vti dubia, deleta est in postrema Breuiarij recognitione.

℣. ℣. De Ascensione, dicuntur vsque ad cænam fer. 6. post octauam Ascens. inclusiuè.

℣ ℣. De Pentecoste à cena quæ fit in meridie Vigiliæ eiusdem, vsque ad cænam fer 6. quatuor temporum inclusiuè.

5 Quando fit vnica comestio, vocatur cæna, ad quam adhibentur benedictio, & gratiarum actio

ctio cœnæ assignata,

6. Lectio mensæ iussa fuit ad mensam episcopi ab Eusebio Papa, vt in Epitome Conciliorum, deinde ad mensam Sacerdotum, à Concilio Nannetensi, & Toletano, 3. capitul. 7. à Gratiano relatis, dist. 44.

S. Bernardus curabat legi in refectorio libros sacræ scripturę, qui non leguntur in Choro: & post Libros Machabeorum, legi 4. Libros Euangeliorum (omissis Passionibus) ad maiorem Dominicæ Passionis reuerentiam. Quod obseruandum videtur.

Antiphona, Canticum Zachariæ Preces, & Orationes Itinerarij Clericorum, sunt itineri faciendo maximè accõmodatæ, & a pietate addictis nunquam omittuntur, nisi ex obliuione, aut inaduertentia. Hic finis esto, eorum omnium quæ in Breu. Roman. habentur. Plura supersunt in 2. To. consequenter quæ sequuntur.

# INDEX
## TITVLORVM
## Tractatus Primi.

Tractatus Primus diuiditur in quatuor partes, & partes in Titulos plures.

*Prima pars continet generales Missalis Rubricas primi Ordinis, & titulos viginti.*



De

# INDEX.



De

INDEX.



*Tertia Pars, defectibus circa missam occurrentibus remedia adhibet Titulis decem, & duas Appendices amplectitur.*



De

*Quarta Pars, Rubricas proprias, & Titulos nouemdecim continet.*



De

De

# INDEX

## TITVLORVM

### Tractatus secundi.

Tractatus secundus quadrifariam diuiditur, & partes quælibet, plures continent titulos.

*Prima pars, generales Breuiarij rubricas primi ordinis continet. & titulos sex & viginti.*


De

*Secunda pars, Ritum seruandum in recitatione officij continet Titulis tribus.*



De

*Tertia Pars defectus in officio Diuino contingentes vitandos docet.*



*Quarta pars speciales rubricas titulis quadraginta examinandas prabet.*

# INDEX.


De

De

FINIS INDICIS.